acae simili, emp  
oleo lissami. Et læ  
superpergitur  
pili uetustē. Miti

# COMM. REIP.

1 Euitatis acutis, ut piscibus, & lenticulis cum aceto, dactyl. & similibus, illiniatur locus cum aloë: ad prohibendū eius accessum. Et si manifesta: liganda est super tabella plumbea, & inuolueda pars egrediens cum ipsa tabella bona ligatura: & suspendenda est ipsa tabella, ad extendendum eam moderate, ita q̄ non possit incidi. Et nisi manifestetur aliqua pars ipsius extremitatis, scindatur locus ipsius. Deinde apparebit extremitas aliqua. Et iuuat ad extrahendum eam emplastrum factum tale. Recipe ceræ ritul. quart. ij. oleo sisami. tantundem: litargyri, cineris cannarum ana. ʒ. iij. calcis ʒ. i. fiat unguentum, uel emplastrū cum psillio, & oleo uiol.

2 Post euacuationem & illinitionem ligandæ sunt tibie fasciis fortibus, & latis, a calcaneo ad genu. Vtendum est uomitu, & emplastro se. caulium, farmentorum uitis, cinerum lupinorum, nitri, stercoris caprini, farinæ fenugræci, distemperatorum in simul cum succo caulium.

3 Euitatis nutrimentis generantibus choleram nigram, utendum est quiete pedum in modico labore ipsorum. Quia communiter generantur ex ponderoso humore, & onere. Et correctis nutrimentis, si uis, curetur ferro: & scindendum est super uenas. Deinde ligandæ sunt ipsæ uenæ in loco fano ipsarum cum filo de serico, in quolibet latere: & incidenda sunt corpora inter media ipsis ligaturis.

4 Bibat patiens quolibet die per hebdomadā unc. ij. olei sisami: & sumat de pedibus anatum. Et liniatur super fissuras pedum de alcanna distemperata cum fenugræco trito. Et super fissuras calcanei, & partium ipsius de sepo caprino, cum galla trita, uel medulla tibiæ uaccarum, mixtis cum cera, oleo uiol. litargyro, dragagan. & galla. Sed super læsionem accidentem ex equitatione, uel alia re in eis, illiniendum est cum litargyro dissoluto in oleo ros. aut cum luto ar. dissoluto in oleo ros. Et superponendæ sunt ei rosæ tritæ cum myrto.

5 Et nisi mitigetur dolor cum in frigidatiuis, utendum est medicinis maturatiuis, ut se. mentastri, & lini, superpositis ei. Et superponatur pannus lini cum psillio in frigidato. & per hoc aperitur: & comprimatur, ad expellendum id quod in eo est. Et superponantur lentes coctæ in aqua ros. cum myrto. Aut unguentum est cum unguento albo. Et si fortificatur dolor, liniatur opio, & aceto. Et superponatur pannus cum psillio.

6 In hyeme illinitio fiat cum ficibus coctis in aqua caulium, & lentibus excorticatis: uel oro bo, lupinis, & bleis coctis in aqua: uel decoct. raparū: uel ficibus tritis cum oleo. Quod si non conferat, fiat cum iusquiamo cocto in aqua. Et si color est liuidus, scarificandus est locus, & emplastrandus oliuis coctis. Et si excoriatio ipsorum fit ex concussione, unguendum est super eos, & ligandus est pānus cum diachilon, illinitione facta prius de rufo arsenico, & citrino, & opopon. tritis in oleo amygdalarum amararum, & oleo. Ad euellendum unguem corruptum, emplastrum fiat cum euellentibus eum.

7 Humectanda est complexio nutrimentis cōuenientibus. ut carnibus arietinis, hædinis, galinarum, piscibus asperatilibus. Et utendū est diachilon dissoluto in oleo amygdalarū, & uiol. Emplastrandum est mastice trito cum passul. sine nucleis. Et si corrumpitur unguis, & uis eum euellere: emplastretur diachilon: & illiniatur cum arsenico rufo, & citrino, & opopon. dissolutis in oleo amygdalarum amararum, & oleo communi.

8 Illiniendum est super unguem medicamine tali. Recipe uisci, arsenici ana. cantaridum quartam partē illius: terantur aceto, & ex his fit illinitio super unguem. Et concussio unguis ex percussione, aut re simili, emplastranda est folijs myrti, & granati, cum aqua tritis: uel cum farina ordeï, & oleo sisami. Et læsio de calciamēto curāda est pulmone caprino superposito: & si comburitur, & superspergitur ei puluis cinerum eius, iuuabit eum ualde. Hoc idem facit pul. cineris pellis uetustę. Mitigato dolore, utendum est cinere fenugræci, & acacia, tritis, & distemperatis cum aceto.



## De Vulneribus, &amp; Ulceribus multiplicatis.

	NOMINA	Complexio Aetas Tempus Regio Salus, uel uxor.	CAVSA	SIGNVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis Inuen- tionis
1	Vulnus sin- gulare.	u. si me. no. p. Vulneralis. Vulneralis. Vulneralis.	Ex trifeca, en- se, uel gladio.	Manife- stum.	Nulla fiat.	Cū adhesionē labiorū, cui- tata re caden- te in eo.	Cū bona stri- ctura, & plu- maceolis ben- formatis.
2	Vlcus sin- gulare.	u. si me. no. p. Vulneralis. Autumna. Sensilis Frigida	Ex uulnere præcedente.	Vulnus chro- nicum.	Cum minuti- one, si corpus fuerit reple- tum.	Cum bomba- ce uetusta, in- fusa in oleo rosarum.	Cum papauer sylvestri usto aut alpha, & thure. ( alias farina ordei & thuris. )
3	Vlcus for- didum.	u. si me. no. p. Humida. Hyemale Sensilis Humida	Ex debilitate mēbri in disso- lutione super- fluitatis cibi.	Sordicies hu- miditatum.	Cum syr. ros. & troc. uiol.	Cibē pullis, perdicibus fri- xis, uel rebus assis in ueru.	Illinitio fiat cū melle.
4	Vlcus fri- gidum.	u. si me. no. p. Meridional. Siccum Frigida	Ex usu rerū fri- gidarū, & uul- nere præce- dente.	Liuiditas, & pauca cali- ditas.	Nulla fiat.	Cibē iure ci- cerū, cū earni- bus coctorū.	Epithimē su- per locū sæpe in die aqua tepidā.
5	Vlcus cū ma- la cōplexione.	u. si me. no. p. Frigida Hyemale Sensilis Humida.	Ex phibitione dissolutionis, multaq; cibi sumptione.	Multa humidi- tas, erugino- sa, & caro mollis.	Cum turbit, & mirabo- lanis.	Cū litargyro, oleo ros. & ace- to, cadmia, ac- gū, balaustia, in simul tritis.	Cū thure, alphi- ta, i. farina or- dei, et melle di- temperatis.
6	Vlcus cū ma- la complexi- one sicca.	u. si me. no. p. Humida. Autum. Sensilis Sicca.	Ex multo in- tensoq; labo- re, & pauca ci- batione.	Ariditas uul- neris, & maci- es ipsius.	Nulla fiat.	Cibē pulte, & iure unctuofo: & lauē locus aqua tepida, & oleo rosarū.	Cibetur ouis mollis, et su- perponat uul- neri butyrum coctum.
7	Vlcus cum caliditate.	u. si me. no. p. Sicca Aestiuum Sensile Calida	Ex intēso mo- tu, & effectū alicuius rei cali- dæ, uulnere præcedēte.	Rubedo mem- bri cum inflā- matione, & dolo.	Cum minu- tione.	Cibē pullis, cū acetosa, sugat granatū & po- mū, & utendū est ung. ceruf.	Cum pifana, aqua granat. & tamarind.
8	Vlcus cū apo- stemate, uel car- ne addita.	u. si me. no. p. Sicca Aestiuum Sensile Calida	Ex superflui- tate præceden- te ad locum uulneris.	Inflatio, uel ca- ro addita su- perficiēi cor- poris.	Cum minu- tione.	Cū iulep, aqua ordei, & syr. acetoso, & ci- bo frigido, cū succo granat.	Illinitio fiat cū unguēto ce- ruffæ.



COMM. REIP.

1 Post adhaesionem uulneris cum quatuor plumaceolis ex utroq; latere, superius & inferius, si non adhæret, suatur. Et potest fieri sutura, quando uulnus accidit in latitudine corporis. Et si calefit uulnus, superponatur uulneri pul. sandal. infusus in aqua endiuia super plumeaceolis. Et sutura fit per biduum, uel triduū in uulnere, nō in sanguine ipsius: fricentur labia ipsius cum capite instrumēti lati, ut sanguinem emittant. Deinde ligent, ut supradictū est. Si uulnus est magnum, superponat pul. citrinus factus de sarcocolla 3 ij. aloe, opio, sicf, memite ana 3 i. sang. dra. myrrhæ ana 3 r. croci danif 1. tritis & cribellatis: fiat pul.

2 Si ulcus non est mundum, impleatur bombace uetusta cum butyro ueteri, et mundificetur lotionem mellis. Et si est sine febre, curetur unguento fusco. Mundificat quoq; ulcus, & generat carnem thus, aloe, aristol. radix lilij coelestis, & cadmia argentī: terantur bene, ex superponantur ulceri. Et si humiditas sit multa, distemperentur dictæ medicinae melle, & cum eis illiniatur super pannum lini: & superponantur ad modum unguenti. Et si ulcus est in capite, & non tangit cranium, superponatur ei unguentum factum de oleo ros. 3 iij. ceræ 3 iij. liquefacta in cera in oleo: & mixtis cum eis aloe, acacia, sang. dra. ana 3 5: Et repleto uulnere carne, consolidetur galla, cortice granati, balaust. abrorano usio, & folijs lilij.

3 Vitet humectatiua, & multum cibum. Et sumat galliculos. Curetur hoc unguento. Recipe armoniaci 3 iij. uiridis æris 3 i. aristol. 3 i. dissoluatur armoniacum cum aceto, & alijs medicinis, Misceantur. Et curetur unguento facto de litargyro, & uenis citrinis, cum aceto, & oleo ros. Et si bullitio fuerit multa, auge in eis modicam partem gallæ, balaustia, & cadmiæ argentæ.

4 Parum bibat de aqua. Et curetur ulcus cum unguento fusco de unc. 1. litargyri, & iij. parte rotulæ olei, prius trito litargyro bene, & cocto donec nigrescat. Deinde misceat thure, sang. dra. sarcoc. ana 3 ij. agitentur: & comedat uuas passas sine nucleis, oleum, & ficus.

5 Utatur unguento mane, & luto uetusto sero: etiam modico unguento æris uiridis posito super illud per diem totum cum bombace ueteri. Et si ulcus est magnum, cum carne mollī inflata, & humiditate corrupta, utatur medicamine acuto. Et facto cortice super illud, superpone ei butyrum eum bombace ueteri. Et nisi contulerit, fiat combustura cum cauterio.

6 Debet augere cibum, ut competit. Et curetur ulcus cum rebus minoris desiccationis, farina orobi, & ordeī. Et utatur in cibo humectatiuis, iuscellis unctuosis, & lacte recenti, cum similibus corpus humectantibus.

7 Infrigidetur complexio. Et curetur unguento confecto de litargyro, aceto, & uenis citrinis. Et superponatur plumeaceolis sandal. tritum. Et fiat illinitio circa uulnus cum sandal. aqua endiuia, portulacæ: & nutriatur, oleribus aceto coctis, cum cucur. si est cum febre: si sine febre, cum gallo, & succo granati.

8 Superponatur plumaceolis sandal. tritum. Et fiat illinitio circa uulnus cum utroq; sandal. & aqua semperuiæ. Et si est cum eo caro addita, utatur unguento æris uiridis. Et si in labijs uulneris est caro dura, fricetur instrumento chirurgico, & euellatur. Et si caro est grossa, incidatur ferro. Deinde cum unguento curetur. Et si non potest incidi, superponatur de kalkidion, & dictæ baralick: deinde butyrum, donec cadat cortex. Deinde medicamen duram faciens carnem.



De Ulceribus, Cōbustura ignis, extractiōe telorū, spinæ, & Percussione cū fustibus.

	NOMINA	CAVSA	SIGNVM	EVACUATIO	CVRA regalis	CVRA leuis inuentionis
1	Vlcus cum separatione cōtinitatis uenę.	Manifesta est.	Si est exitus ex arteria, erit cū saltu, cum colore rubeo.	Nulla fiat.	Pāni infusi in aqua ros. & acetu applicentur loco.	Aspergatur ei pul. uasis figuli cū extrahit de fornace.
2	Vulnus nervorum.	Manifesta est.	Manifestum est.	Nulla fiat.	Cum oleo ros. & thucia condita cum eo.	Cū lana infusa oleo tepi, & celora cū oleo aut gumigrani utridis cū oleo.
3	Vlcus cū fractura ossis.	Ex lapide, casu, uel simili re.	Partes inueniunt separatę, tangēdo cum manu: & deformitas.	Cum minutione.	Cū emplastro stricto fortit, cū referuatiōe æq̄li, & decēti.	Si est in capite cū aristol. rot. trita aqua bethonica.
4	Vlcus cum dolore.	Ex forti retentiōe mēbri.	Manifestum.	Cum minutione.	Illiniatur cū sandal.	Illiniatur opio.
5	Vlcus malignum.	Ex multa quātitate humoz, & prohibitiōe dissolutionis.	Vlcus nigrum.	Cum decoctione fructuum casie, & minutione.	Illiniatur infusione sand. cam forę in aq̄ ros. Comedat pilas coctas cum succo granati.	Vt at lactucis & endi. & emplastre butyro aq̄ endiuia, & maluaifco ol. ros. & uiol.
6	Fistula.	Quando ulcus transit, xl. dies.	Constrictio oris, amplificatio fundi post xl. dies.	Cum minutione, si fuerit corpus repletum.	Repleat bombace infuso in uino cocto ad. iij. & ex puluere citrino.	Cū gumis uuarum uis, & aqua rosacea.
7	Combustura ignis.	Manifesta.	Manifestū.	Cum minutione, si dubitatur q̄ fiat apostema.	Superponat ei ouū, cū aqua & luto ar. infuso in acetu, & aq̄ solatri.	Emplastre tur lentibus bene coctis.
8	Extractio telorū, & cūra percussione cum fustibus.	Manifesta.	Manifestū.	Cum minutione.	Superponat aristol. trita ar moniaco, uel cū adamante.	Cū radicibus canę recentis tritis cū melle aut gumi fistic, superposita loco.



## C V R A C O M M V N I S.

1 Si exitus sang. fit de manibus & pedibus, fiat ligatura in locis quæ sunt super membrū patiens. quia iuuabilis est ei: tamē non debet esse lenis, nec fortis ualde. Et superponat loco pul. subtilis cum pul. thuris, distemperato cū albumine oui: & infundat pili leporis, uel bombax in eis: & superponatur, & liget super locū cum uolutōibus multis fortiter: & dimittat per tridū: post dissoluat. Et si adhæret medicamen uulneri, superpone ei aliud: si non, sollat cum lenitate, & superponat galla usta, & superaspersat farina molendini, distemperata cum albumine oui, et cum pilis leporis infusus in eis. Et si non cessauerit fluxus sanguinis, incidatur arteria postquam ligatura fuerit in utraq; extremitate ipsius cum filo fortiter.

2 Euitet, qd non tangat locū aqua, neq; medicina trita cū aqua, sed calefiat cū oleo tepetacto, & lana per bidū, aut tridū. Cessante dolore, & assecurato apāte, cum adhæsiuis curet. Et si fit in eo apā calidū, utatur rebus tritis cū aceto, ut calcadis, nitro, batitura æris, cera, cortice thuris tritis & positis in olla de lapide. Et euitet oēm rem frigidā. Et si accidit spasmus ex uulnere nerui, incidatur neruus spasmatus. Quod si tendit spasmatio ipsius ad cerebrū, peribit. Inungantur spondilia dorsi cum oleo uiol. et adipe gallinæ. Et si uulnus fit in capite, & tendit ad partes cerebri, non debet consolidari: ne pereat patiens: sed superponatur ei lana infusa in oleo ros. per triduum: deinde unguentum abhæsiuum.

3 Si inuenit in ulcere os corruptum, & signū dat, qd consolidet quandoq; , deinde reuertitur, & aperitur, & de eo manat erugo, & sentitur sonitus cum tactu instrumēti: utatur medicamine acuto: & facto cortice super ulcus, utatur butyro calefacto: ut cadat caro corrupta, & discooperiatur os: & osse apparente, si non potest incidī, effundatur in eo butyrū calefactum per aliquos dies, donec cadat: aut folium ficus tritum aceto. Deinde curetur per unum diem cum unguento uiridis æris: & per alium diem per bombacem ueterem.

4 Si sit dolor fortis, debet curari cū granatis dulcibus, coctis cum uino cocto ad tertiam, positis in emplastro. Et illinitione facta extrinsecus cū narcoticis, & mitigato dolore, cessare debent narcotica, quia nocent mēbro & sensu eius, & prohibent generationē carnis.

5 Et si uirtus tuerit debilis, nutriat iure galliculo: & emplastre cum eo quod dictū est, donec sedet dolor, quod cognoscit per laxitudinem & molliciem loci: & apparebit in termino nigredinis albedo aliqua: et habito modo ipsius, curet butyro, et unguento uiridis æris, cum sarcocolla trita bñ, donec cadat nigredo, & tendat ad carnē rufam. Et si dilatat ulcus, et non adhæret: curetur cū oleo ros. & unguento ceruffæ. Quod si non contulerit, & uis curare cū ferro: incide circum circa, donec peruenias ad carnem sanam. Deinde curetur cum generantibus carnem.

6 Si sit ualde concaua, inſce ei aquā ros. cum cinere uitis. Et nisi contulerit, scindatur, & curetur ut uulnus. Et notū sit, qd si uulnus sit in pectore, & peruenit ad ultimā concauitatē, aut in cerebro, & peruenit ad ultimū uentriculū, patiens non uiuet. Et similiter si fit in epate, aut stomacho uulnus magnū, erit timor osum, & difficile est, ut patiens inde euadat, & curetur.

7 Illinat atramēto perſo, & lenticulis, & farina ordeī, tritis cū albumine oui, et oleo ros. Deinde cum cerussa, litargyro, oleo ros. albumine oui, percussis modico aceto, & infrigidatis fiat illinitio. Et iuuat eam unguentū calcis, quod sic fit, Recipe calcis extinctæ, infundatur in aqua, & dimittat per horam. Deinde coletur ab ipsa aqua, & infundat in alia aqua: & hoc fiat quater. Coletur aqua: & dimissa substantia dimittatur aqua, donec clara fit. Deinde effundat paulatim: & residentia desiccetur parum. Deinde miscetur cum oleo ros. & percutiatur, usquedum ueniat ad modū unguenti: quo utendum est in omni combustura. Et si combustura fit ab aqua calida: effundatur super eam ante ampullationem aqua oliuarum salitarum, aut aqua cineris. Et factis ampullis, curetur unguento ceruffæ, & calcis & frigidetur cum sandal. & aqua ros.

8 Extrahatur cū medicinis, Et si potest capi tenaculis, capiat, & extrahat. Et si os est strictum, ampliet: ut ingrediatur tenacula. Et si cadit in osse: cōmouetur sype, donec extrahat. Et si habet additamentū, ut hamus ad superius, & times illud extrahere, ne incidat aliqua corpora, amplietur uulnus: ut facilius extrahat. Et si tenacula possunt tangere torturā ipsius, bonū erit, qd rectifcent & restringant eam. Et si profunda, & frangitur lignū eius: formetur pa. in illa forma qua erat quando corruit in eum sagitta: deinde inquirat, & tangatur digito. Et si fuerit in opposita parte: debet scindi locus in quo sentit caput sagittæ: & extrahat. Et inquirat, utrum habeat aliqua additamentā, forte fracta in loco. Et percussio fustigationis curetur cū pelle ouina statim excoriata, superposita loco percusso: & sanabit per diem & noctem. Aut superponat pannus infusus in aqua ros.



## De Morlura &amp; unctiōe q̄ animalium uenenosorum.

	NOMINA	Complexio Aetas Tempus Regio Salus, uel ti.	CAVSA	SIGNUM	EVACUATIO	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1	Morsus canis rabidi.	Sicca. Iuuentilis Aetuum Sicca Siccior, si tū. aq.	Ex dñatione siccitatis sup patientē mortuum.	Superponatur ei nux trita, & detur in cibo gallinæ: & si moriatur, rabidus est.	Ponatur uentolē sup mortu, & sugatur.	Cum aur. s. de tyriaca.	Amplietur os uulneris, & superponatur sinapis trita butyro, uel melle.
2	Morsus hoīs, leōis, leopardi, simi, & canis.	Vniuersalis Vniuersalis Vniuersalis Vniuersalis n. si. p. x. m. c. no.	Manifesta	Interrogetur patientis, a q̄ morsus sit.	Cum minutione, si repletū fuerit corpus.	Emplastrē ari stol. & radice ireos, ex melle	Emplastrē cū cepa narcissi trita bene cū aceto.
3	Morsus mustelę, pediculi, uulturis, et la- certę leprose.	Frigida Iuuentilis Aetuum. Sicca Timorosa.	Manifesta	Dolor fortis, ex quo cadit pa. tempore morlus.	Sugatur.	Emplastrē aq̄ tepida, cocta oleo, & lauetur cum ea.	Emplastrē cepis, & alio.
4	Punctio tyri.	Calida Iuuentilis Aetuum Calid. & sicca tio. si est p. d.	Ex forti aduersitate acuitatis, & adustionis.	Hūiditas manās de loco calido, cum ampullis, ut ex igne.	Cum minutione.	Cum tyriaca maiori & minori, & metridato.	Vtatur in cibis cepis, alijis, & porris.
5	Punctio scorpionis.	Frigida Senilis Aetuum Meridiona. Timorosa	Ex forti aduersitate in frigiditate cordis, & eius nocumēto.	Apost. loci morlus cū rubedine, & dolore, remanet signū liuid. sincopis, sud. erectio uirgæ.	Sugatur locus punctiōis.	Illiniatur oleo scorpionis, uel mustellino.	Pissetur scorpio, & emplastrētur: uel cum castor. euforbio, & oleo.
6	Punctio uespæ, uel apis.	Calida Iuuentilis Aetuum Calida ti. p. p. m. c. no.	Ex caliditate ipsius ueneni.	Dolor fortis sine apostemate, cū puritate, humiditate, & rigore.	Cum minutione.	Illiniatur luto artemisio, & aceto.	Emplastrē spu ma parietis, ex aceto, uel luto foramis uel pæcum aceto.
7	Punctio araneę, & rutilę.	Frigida Senilis Aetuum Calida Tior. si uent.	Ex aduersitate frigiditatis ueneni.	Apost. loci puncti, & erit i facie ut punctio acus: et alij sine cop. si fuer. i arteria, aut māmilla.	Sugatur.	Epithimē aqua calida pluribus uicibus.	Emplastrē sale & nyriha, & sale dissoluto in aqua.
8	Punctio scorpionis, gerrara.	Calida Iuuentilis Aetuum Exercitior hor. Timorosa	Ex forti aduersitate eius caliditatis.	Dolet in. ij. & in. pri. migitq; sã. cū saltu cordis sincopi, & exitu linguę.	Cum minutione, superponatur uentola, & sugatur.	Cum lacte recentis, & aqua pomi acidi, cū camfora.	Vtatur aqua ordei, uel lacte acido ex buccaro & percussio: & in cibo pomis acidis.

COMM. REIP.

1 Post ampliacionem oris eius, superponatur ei uentolæ: et imponatur uentolæ bombax ad cautelam illius qui fugere intendit per eam. Deinde ponantur cancri uiui in olla æris super ignem, & incinerent. Post fiant partes. iij. cineris ipsorum, thuris pars. i. gentianæ partes. ij. fiat pul. de quo detur potui tertia pars ipsius cum aqua frigida, aceto, & melle & primo die. Et si post aliquos dies est, pone medicamen in dupla quantitate. quia Gal. dicit, q̄ sanauerat quendam hoc medicamine postq̄ fuerat cum timore aque. Et curetur regimine laborantis melancholia. Nullo uero modo consolidetur uulnus, antequam superponatur nux trita nocte, dieq̄. Deinde dentur gallinæ in cibo. quia si inde moritur gallina, iterato superponatur emplastrum. Sin autem: curatus est. Et cibetur gallina, arietibus, menta, & melissa. Quod si timor in potu aquæ superuenit, patiens non posset liberari. Tamen regatur regimine melancholiæ, uel mala cogitatione laborantis: & inmittatur aqua ori eius per cannale. Et dicitur: q̄ si aqua approximatur ei in uase ligneo super pellem dablī claudicantis, eam bibat, etiā prisanam cū mucilaginis, & trociscis mitigantibus sitim, cum granis cucurbitæ, portulacæ, citioni ana, gumī, amido, dragagan. spodio ana pars media, tritis cum psillio, & trociscatis. Dosis aur. i. cum aqua frigida. Dicitur etiam q̄ ep̄ar canis rabidi ustum, & comestum iuuat.

2 Curetur medicinis attractiuis, ut emplastro prædicto: uel unguento æris uiridis. Et morsus hominis ieiuni nocuius est. Emplastratur cinere uitis, aceto, & oleo: aut farina fabarum, confecta cum oleo & aceto ros. Et morsus simiæ, & canis rabidi emplastratur tepis, sale tritis. Et super morsum canis aspergatur ipsa hora acetum: aut ponatur lana succida infusa in oleo & aceto: aut cepa cum melle.

3 Si mordeat lacerta leprosa, lotio fiat cum aqua tepida, & oleo: & fricetur locus. Deinde extrahantur dentes ipsius. quia non cessabit dolor, donec dentes fuerint remoti. Deinde sugatur locus, & lauetur aqua, & fursure: & superponatur ei cinis uitis, cum oleo. Pediculus uulturis maior est pediculo, uenenosus est, ualde mordet, & nō pungit, ut dicitur a quibusdam: & iuxta paruitatem corporis eius periculosus est, & difficilis solus: ideo, quia uenenum eius est calidum. Sed curatur lacte caprino recenti hora mulsiōnis. Et locus liniatur lapide bezoar (alias, facher) dissoluto, & cum sandal. rufis, aqua lactucæ, & semperuiuæ: uel tufulæ. Et bibat prisanam, & psillium cum aqua cucurbitæ, & citrullorum.

4 Si est litibundus, & glandinosus, & bene potest fieri incisiō, incidatur membrum. Sin autem, ligetur super membrum: & forbeat iuscellum factum spidebeg cum aneto, sale, cinnamo. & ranula. Et emplastratur cum cancris fluuiialibus, mentastro, farina tritici, sale communi, tritis in lacte recenti. Findantur galliculi in hora suæ mactationis, & loco superponantur. Sæpe bibat; 5. de scorpionibus tritis bene in aqua, cum maiorana: & de isto electuario: quia expertum est. Recipe piperis; ij. anisi; iij. aristol. rot. baccarum lauri, castorei ana aur. i. terantur, distemperentur cum uino cocto. Dof. eius ad quantitatem fabæ, cum aqua rutæ in isto cocto, & aqua pomi acidi. Et si processit uenenum, bibat lac recens, cum cancris fluuiialibus.

5 Ligetur morsus cum fascia, & emplastratur cum auellana inda, masticata, & trita. Et bibat de tyriaca. Et la uet aqua cocta cum artemisia, camomilla, ruta, & fursure tepido. Et fricetur corpus. Comedat de butyro uaccino. Aut emplastratur mēastro bene trito cum farina ordeī, & aqua rutæ. Et mortiferi sunt scorpiones bahazur, qui reperiuntur in ciuitate Vasilbina.

6 Aperiat locus acu, & emplastratur tufula, & malua, coctis ualide cum folijs hisami tritis: & superalpergatur de aqua frigida cum niue. Et dicitur, q̄ fricatura cum musca, mitiget dolor eius.

7 Cum aqua calida: aut emplastratur cinere uitis, aut calce, kaly. bene tritis. Et ad morsum rutulæ, ualeat potus aur. i. nigellæ, aut rutæ siccæ, & cepæ, bene tritis in; ij. cum musto cocto ad tertiam partem.

8 Iste scorpio est ut folium ameden, habens caudam longam, expanfam super terram: & generatur in partibus Ahuar, in luto in quo effunditur lotio zuccari. Et parū inueniebatur cura in punctiōe ipsius per antiquos, sed per modernos. Vnde post minutionem atrahatur cum uentosa plena bombace: sin autem, peribit sugens eam. Et illiniatur locus punctiōnis cum euforbio, castoreo, & circumcirca luto armeno, & aceto. Et detur de endiuia syluestri sicca, & folijs pomi acidi, & coriandro sicco in pul. per tria coclearia. Et experti componunt pro eo tyriacam compositam de radicibus capparīs, corticibus radicum coloquin. absinthij, gentianæ, aristol. rot. & endiuia syluestri sicca tritis. Dosis eius; ij. cum musto cocto. Et habent de sem. cicute cum musto cocto ad tertiam.



## De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

NOMINA	Salus, uel uicior. Regio Tempus Aetas Complexio	CAV- SA	SIG- NVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1 Poculū medi- cinæ ueneno- sæ cal. ut merc. sublimati.	Timorolum. Calida Aetiuum Iuuenilis Calida	Ex aduersita- te malæ com- plexiōis eius.	Ardor in stō- cho, et punctu- ra in intestinis, cū inflāma. si- ti, & fici. oris.	Vomitus cū aqua cali. & oleo sisami.	Cum oleo ros. uiolis, aq̄ ros. cum mucil. psillij.	Cum lacte re- centi, & pisa- na, & oleo a- mygdalarū.
2 Poculū medi- cinæ mortife- ræ frigida.	Timorolum. Frigida Hyemale Senilis. Frigida	Ex manifesta malæ qualita- tis aduersita- te eius.	Grauedo capi- tis, manuū, & pedum, et lin- guæ.	Cum uomitu, aqua cal. & o- leo cōmuni.	Cum tyriaca, metridate, aut medicāne mu- sci, musco co- ctō ad mediū.	Cum allij, ce- pis, & ruta.
3 Poculum Napelli.	Timorolum. Vniuersalis. Vniuersale. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex forti aduer- sitate eius con- traria corpori.	Vertigo, sin- copis, aposte. linguæ, con- cauitasq; ocu- lorum.	Cum uomitu aqua calid. & butyro, se. ra- parū, oleo si- samino.	Cū aur. s. tyri- acæ, uel bezo- ar puro frica- to cū aqua ros. & musco.	Cū corticibus radi. cappariz & aqua ruta & leonis citri- ni combusti.
4 Poculū Can- taridarum.	Timorolum. Vniuersalis. Vniuersale. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex acuitate, & fortitudie eius.	Fortis dolor uiscerū, ardor urinæ, mictus fang. cū tor- sione.	Cum uomitu aqua cal. deco- ct. ficuum, & oleo sisami.	Cum mucila- gi. psillij, iu- lep, & oleo a- mygdalarū.	Cū comestio- ne ficus pha- raonis, & lauri.
5 Poculum fel- lis leporis, & tyri.	Timorolum. Vniuersalis. Vniuersale. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex aduersitate intensa, & for- ti contrarie- tate eius.	Vomitus cho- lericus uiridis, amaritudo or- ris, & paruitas oculorum.	Cum uomitu aquæ calidæ, olei & butyri.	Cum aqua in qua dissoluat bezahar, & tyriaca farac.	Cum lacte recenti.
6 Poculum ex- tremittatis cau- dæ cerui.	Timorolum. Vniuersalis. Vniuersale. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex aduersita- te forti eius.	Dolor fortis in uisceri- bus.	Cum uomitu aquæ calidæ, olei & butyri.	Cū comestio- ne auellanarū, & fistic.	Cum come- stione ficus.
7 Poculum fu- doris iumēti.	Timorolum. Vniuersalis. Vniuersale. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex contrarie- tate ipsius.	Sudor faciei ci- trino, aposte- ma gutturis in- terius, sudor foetens & multus.	Cum uomitu aquæ calidæ, & melle.	Cum tyriaca maiori.	Cū aristol. fa- le ana s. & aqua calida.
8 Poculum fu- caram.	Timorolum. Frigida Hyemale Senilis. Frigida.	Ex forti frigo- re extinguente caliditatem.	Stupor cōge- latio, subeth, grauedo cor- poris, & odor opij in ore.	Cum uomitu, aqua cali. de- coct. aneti, ra- dice, sale, cum melle.	Cum tyriaca farac, & me- tridato.	Cum come- stione allij, ce- parum, & nucum.



COMM. REIP.

1 Post purgationem stomachi, & uomitum, bibat de iure gallinæ coctæ spidebeg, & pulte amidi, zuccaro, & olei amygdalarum, & tritico cocto cum carnibus. Sugat pomū granatum, citonitum, persica, pira, cucum. citrul. lactucam. Et utatur pul. sandal. alb. & camforæ cum aqua ros. Emplafretur pectus, & epar cum pannis lini infusus in aqua ros. cum sandal. & clisterizetur clisteri facto de prifana, uiolis ficcis, sebestem, iuiubis, oleo amygdalarū, & oleo ros. tepidis.

2 Bibat patiens post uomitum de medicamine altit, & de mirrha clara, costo, tol. rutæ, mentastro, pipere, piretro, & cardumeni ana, & in pondere omniū de altit, tritis cum melle dosis 3 5. Calefiat stomachus cum intestinis cum aqua cocta cum ruta, mentastro, & nepita. Fricetur corpus, donec rubefiat. Bibat de iure pullorum columborum coctorum spidebeg, cum aneto, cinnamomo, galanga, pipere, maratro, & cimino. Et clisterizetur cum melle, nitro, oleo sambucino, & aqua tepida.

3 Post uomitum, fiat cum tyriaca faroc cum aqua cocta cum rapis, & flore ipsius, & metridato, & butyro uacino. Sed qui bibet de cornibus spicæ, minget sanguinē, & nigrescet lingua, erit permixtio mentis. Et bibat de camfora caratam, usq; ad. v. cum aqua ros. in frigidata in niue, & aqua granati, citrulli, & iulep, cum mucil. psillij, & granorum citoniorum, & sem. portul. cum aqua ros. oleo amygdalarum, & lacte acido exbutyrato, cum trocis, camforæ. Et bibat de lacte recenti, & de prifana. Emplafretur stomachus & epar, cum sandal. aqua ros. & camfora cum pannis lini in frigidatis. Et mirum est, quod napellus est maxime fallaciæ cum sit nutrimentum murium.

4 Cum proprietate sua nocet uesicæ. Tamen post uomitum bibat de aqua sem. portul. cum iulep, & oleo granorum, & cucur. & comedat de medulla cucum. & citrul. Clisterizetur cum prifana cocta cum iuiubis, sebestem ficcis, & oleo amygdalarum dul. aut oleo ros. uel uiol. & mittatur in foramen ueretri de albumine oui, sief alb. oleo ros. & lacte mulieris. Et quotiēs accidit ardor urinæ in uesica, detur ei in potu mucilago psillij cum iulep, cum oleo amygdalarum, & lacte recenti.

5 Post uomitum detur ei de electuario confectio deluto ar. granis lauri ana 3 7 coagulo ceruuli 3 5. mirrhæ, sem. rutæ ana 3 1. tritis. dosis aur. 5. usq; ad 3 7. distemperatis cum melle. Et iterato detur medicamen, & sedeat in decoct. camomillæ, coronæ regiæ, uiolarum, nenufaris, ozimo foliorum latorum, & maiorana. Et si trans sit super potum ipsius per horas tres, uel quatuor, & non moritur, speranda est cura eius; & bibat de rob pomorum citoniorum. Et qui bibit de felle tyri, incurabilis est. Tamen post uomitum multum, bibat de se. portul. cum aqua in qua dissoluitur lapis bezahar, & de tyriaca, aut metridato, & aqua ordei.

6 Post mundificationem eius stomachi cum uomitu multo, bibat de bezahar danik 7. usq; ad 3 5. cum sapa, aut tyriaca, aut metridato 3 5. cum aqua pimpinellæ, & agrimonix.

7 Cum oleo uiol. & oleo amygdalarum, cum sapa : & bibat de tyriaca, uel metridato 3 5. & nutriatur iure spidebeg carniū arietis.

8 Post uomitum clisterizetur cum cucu. asinino, aneto, melle, sem. apij, fen. cimino, baurac, pulpa coloquin. & oleo sambucino. Et fricetur corpus in balneo ualde, & ungetur oleo sambucino, aut oleo costi : & sedeat in aqua cocta cum ruta, nepita, abrotano, maiorana. Et bibat aur. 5. tyriacæ minoris. Et qui bibit de fucaran, cum hac cura curerur. Et signa eius erunt, ut signa bibentis de opio. Tamen ad peius superuenit ei obscuritas uisus, cum extremum frigiditate. Et licet hoc agat in corporibus humanis, tamen cibus est passerum domesticorum.



## De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

	NOMINA	Salus, uelior. Regio Tempus Aetas Complexio	CAV- SA	SIG- NVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1	Poculū hyo- scyami.	Timorolum. V niuersalis. V niuersale. V niuersalis. V niuersalis.	Ex forti frigi- ditate, et ipsius contrarietate.	Ebrietas, lassitudo corporis, loquela uana, oculi rubei, de- fectus mentis.	Cum uomitu aquæ calidæ, mellis, & olei.	Cum aqua co- cta cum ficu, et adipe gallinæ, & oleo uiola- ceo.	Cum lacte recenti.
2	Poculū man- dragoræ, & nu- cis machal.	Imorolum. V niuersalis. V niuersale. V niuersalis. V niuersalis.	Ex aduersita- te eius in cor- pore.	Vertigo, ebrie- tas, rubedo o- culorum, su- beth.	Cum uomitu aquæ cali, mel- le, aneto, & raphano.	Cum lacte recenti.	Cum aceto cocto cum origano.
3	Potus psillij tri- ti, & aquæ co- riandri recentis.	Imorolum. Frigida V niuersale. Sensilis. Frigida.	Ex forti frigi- ditate, & siri- ctura pororū, & meatuū.	Angustia, la- mentatio, siri- ctus anhelitus, sudor frigidus, & sincopis.	Cum uomitu aquæ ca- lidæ, aneto, & sale.	Cum musco cocto ad ter- tiam.	Cum iure fa- cto cum spi- debeg, & mo- dico altit.
4	Comestio fun- gorum, & tu- berum.	Imorolum. V niuersalis. V niuersale. V niuersalis. V niuersalis.	Ex forti frigi- ditate, & humiditate eius.	Anhelitus siri- ctus, sudor fri- gidus, & sin- copis.	Cum uomitu aquæ cal. sale, radice, & melle.	Cum potu uini puri cū musco.	Cū comestio- ne raphani for- tis caliditas.
5	Poculum le- poris marini.	Imorolum. V niuersalis. V niuersale. V niuersalis. V niuersalis.	Ex contrarie- tate eius in cor- pore huma- no.	Sputū sã. asma, anhelitus siri- ctus, sudor fræ- tes, dolor stōi, fluxus uentris, & uomitus.	Cū aqua co- cta, & oleo si- fami bibita.	Cū administra- tione medici- narū pectora- lium, lacteq; recenti.	Cum pti- fana.
6	Poculum ra- nulæ.	Imorolum. V niuersalis. V niuersale. V niuersalis. V niuersalis.	Ex aduersi- tate eius in corpore.	Ariditas cor- poris, liuidi- tas eius, cum nausea.	Cum uomitu, cum aqua ca- lida, melle, & sale.	Cum balneo, deinde cum aqua syrupi acetosi.	Cum spide- beg, aneto, & cinamo- mo.
7	Poculū mali castorei.	Timorolum. Calida Aestiuum Iuuentilis Calida.	Ex forti cali- ditate eius.	Febris cum de- fectu mētis, & rubedine ocu- lorū, & siri.	Cum uomitu cum turbit, a- qua cal. & o- leo sifami.	Cum mucilag. granorū cito- niorum, oleo ros. & oleo amygdalarū.	Cum lacte recenti.
8	Poculum ana- cardi.	Timorolum. Calida Aestiuum Iuuentilis Calida.	Ex intensa caliditate eius.	Bersan, in ore ardor, pūctio gutturis, & sto- machi, pustulæ, ampullæ, fe- bris acuta.	Cum uomitu, cū arisol, oleo ros. & aqua calida.	Cum farina a- mygdal. ptisa- na, & syrup. iuiubarum.	Cum lacte re- centi, aut acido.



CO

Deter ei semen urti  
masticarum cum spic  
masticarum factum compPost purgationem  
forti, cocto cu  
ciei, &Deter ei post uomit  
in bibetur, interfic  
rationandi recentis  
& rautitatem, &Bibere de cinere arbi  
masticarum cum deco  
celle, parurac, & ali  
sunt mortiPost uomitum cum  
non cessat dePost mundificatione  
cum longam trahat i  
so, EtPost mundificatione  
aerem fuerit cumPostibile est quod p  
stam cum oleo amy  
tucur. cocta cu



COMM. REIP.

1 Detur ei semen urticæ, tritum cum sapa. Et bibat ius gallinæ, uel carniū arietum pingui-  
um, coctarum cum spidebeg. Et curetur toto regimine bibentis, aut fumentis de ueneno post  
uomitum factum competentem, & mundificationem stomachi plenariam.

2 Post purgationem stomachi per uomitum clisterizetur enemate acuto. Et bibat de aceto  
forti, cocto cum origano, angeden, mentastro montano. Et cessante rubedine fa-  
ciei, & oculorum, bibat de iure gallinæ coctæ cum spidebeg.

3 Detur ei post uomitum medicamen musci: & bibat de iure facto spidebeg. Et psillium tri-  
tum si bibitur, interficit bibentem illud. Et similiter si multum sumitur de eo. Sed si bibitur de  
aqua coriandri recentis, media rotul. inducit scotomiam, uertiginem, alienationem mentis,  
& raucitatem, & somnum longum, & odoratur in eo odor coriandri, Et cura  
eius fit, ut cura psillij.

4 Bibat de cinere arboris ficus, uel uitis cum aqua cal. & sale; aut de tyriaca minori. Calefaci-  
at stomachum cum decoct. camomillæ, origani, rutæ. Clisterizetur decoct. absinthij, rutæ, &  
melle, baurac, & aliquo oleo calido. Et scias: q̄ tubera quæ oriuntur in radice oliuæ,  
sunt mortifera: tamen alia non sunt mortifera. Sed si multum sumi-  
tur de eis, inducunt squinantiam, & colicam.

5 Post uomitum cum aqua cal. bibat decoct. malitarum, bismaluæ, & fol. maluauisci. Et si  
non cessat dolor pectoris, minuatur basilica ascellina. Et bibat de syrup. pa-  
paueris, uel iuiubarum.

6 Post mundificationem stomachi cum uomitu, si icentur omnia membra, præcipue uentris.  
Moram longam trahat in balneo temperato. Post exitum eius a balneo, bibat de syrup. aceto-  
so. Et cibetur gallinis, & arietibus coctis cum spidebeg.

7 Post mundificationem stomachi cum uomitu, bibat de lacte recenti, si fuerit sine febre: si  
autem fuerit cum febre, cum mucilag. granorum citoniorum, & psillij, cum amy-  
gdal. ros. & bibat de syrup. papaueris.

8 Possibile est quod patiatur cogitationem malam, melancholicam. Et post uomitum bibat  
pisanam cum oleo amygdalarum per aliquos dies, & de mucilag. citoniorum. Et cibetur cum  
cucur. cocta cum aceto, & alijs similibus, cum oleo amygdalarum, Et come-  
dat cucumeres, & maluam coctam.



## De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

	NOMINA	Salus, uel ti. Regio Tempus Aetas Complexio	CAV- SA	SIG- NVM	EVA cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen tionis
1	Poculum ole- andri.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex aduerfita- te, & cōtrarie- tate, & acuita- te eius.	Fortis amari- tudo oris.	Fiat uomit- us.	Cum mucilag. psillij, & oleo ros.	Cum mirtha, fenugr. et buty- ro.
2	Poculum squillæ.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex contrarie- tate, acuita- teq; eius.	Dolor sto- machi.	Fiat cum uo- mitu.	Cum lacte recenti.	Cum albumi- ne oui.
3	Poculum li- targyri.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex opilatione pororum, & meatum.	Accidit ileos, ariditas oris, ponderofitas linguæ, & dif- furia.	Fiat uomitu aquæ cali. & melle.	Cum uino co- cto ad tertiu, & zinzibere condito.	Cum aqua co- cta finibus, a- neto, & bau- rac.
4	Poculū argen- ti uiui, aut eius infufio in au- rem.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex aduerfita- te, eiusq; con- trarietate.	Torfio fortis, dolor in inte- stinis.	Cum uomitu cum melle, & aneto.	Cum uino cocto ad tertium.	Cum fapa.
5	Poculū ceruf- fæ plumbi.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex opilatione pororum, & meatuū cor- poris.	Singults, tuf- fis, lassitudo, & albedo lin- guæ.	Cum uomitu aquæ, melle, a- neto, & fale.	Cū aqua cal. cocta cum ani- fo, & fem. apj.	Cum decoct. maratri, fem. feniculi, & anifi.
6	Poculū calcis, & arfenici.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex aduerfita- te, & acuitate eius.	Ardor in sto- machi, tor- fio, & ulcera intestinatorū.	Cum uomitu aquæ cal. & o- leo fifami.	Cū iure galli- næ coctæ cum spidebeg, cum oleo amygdal.	Cum ptifana, & oleo amy- gdalarum.
7	Comestio pi- fcis alli, & co- operti.	Tumorolum. V niuerfalis. V niuerfale. V niuerfalis. V niuerfalis.	Ex phibitione exitus uapo- ris eius.	Permixtio mē- tis, angustia, lamentatio, & uertigo.	Cum uomitu aquæ cal. oxy- melle, & fale.	Cum fyr. aro- matico po- morum.	Cum aqua cocta cum cimino.
8	Coagulatio in stomacho.	Tumorolum. Humida. Frigidum Senil. iuue. Humida	Ex groffitudi- ne, & cafeati- one eius.	Rigor, sudor frigidus, & fi- napis.	Cum uomitu aquæ cal. cum aneto, & melle.	Cū cinere ui- tis, & modico co melle.	Cum diam- bri coagulo, & modico aceto.

# COMM. REIP.

1 Oleander interficit asinos, & iumenta, & multa alia animalia, etiam homines: tamen ex amaritudine nimia ipsius non potest occultari a bibente: nisi datum sit cum medicinis amaris. ut aloë. Et curetur cum uomitu, & potu iurium unctuosorum, & cibo offarum unctuosarum, & saludigi, cum butyro, & oleo amygdalarum, & butyro recenti. Et dicitur: q̄ semen agni casti coctum, & bibitum, sanat iumentum comedens oleandrum.

2 Si accidat dysenteria, detur ei de dragea luti, & rob pomorum, simul cum rob citoniorū, & gumi ar. & forbeat de oleo amygdalarum, aut oleo sisami, & iure carniū spidebeg unctuosorum.

3 Accidit in bibente illud ileos (et est colica) cum uomitu stercoris. Etiam accidit squinantia, & apostema in corpore. Et post uomitum, iuuat eum bibitio diacitonij laxatiui, & aqua cocta cum aniso, & sem. apij.

4 Si argentum est uiuum, minoris est periculi: eo q̄ propter eius ponderositatem egreditur per inferiora. Sed argentum uiuum sublimatum, & mortificatum, mortiferum est. Tamen curetur per uomitum. Et nisi egrediatur per uomitum, clisterizetur cum aqua blitarum, oleo sisami, mori, et maluauisco. Et si accidit dysenteria: bibat de dragea luti, oleo ros. & lacte cocto cum lapide calefacto, posito in eo. Et si auri imponitur argentum uiuum, infert permixtionem sensus, & ponderositatem nimiam in parte ipsius auris. Quare declinare debet caput ad latus alterius auris super unum pedem. Et sternutetur patiens cum naribus opilatis cum conditio: & imponatur auri oleum calefactiuū, & emittatur quando infrigidatur, & moueatur auris uehementer.

5 Dicitur, q̄ post uomitum si patiens bibat aur. s. de cartamo indiano, eum iuuabit: tum utatur prouocantibus urinam. s. decocti. sem. apij, feniculi, anisi, & absinthij romani.

6 Post uomitum bibat mucilag. psillij, cum oleo granorum, & cucur. Et clisterizetur ptisana, oleo, uiolis coctis cum sebesten, iuiubis & mucilag. psillij, & sem. lini, & albumine oui. Et si accidit tussis, bibat de papauere, & syr. iuiubarum. Et curetur ille cuius guttur ingressus est, pul. æris uiridis. Et qui bibit de uitriolo, & alumine: cum lacte recenti, & butyro.

7 Post uomitum ingrediatur balneum, prius infuso uentre cum multa aqua tepida. Et si accidit exinde fluxus uentris. s. ayda: curetur cum cura fluxus. Et corrigit comestione piscis assi, & cooperti, post uomitum bibitio modici piperis cum syrup. pomorum aromatic.

8 Ex caseatione lactis in stomacho plura superueniunt accidentia mala, maxime si lac est grossum: ut uaccinum, & ouinum. Tamen post uomitum utatur melle, & pipere. quia exinde dissoluitur lac coagulatum: uel attenuabitur.



## De eo quod multiplicatur in eo de Sola iuxta species ipsius.

NOMINA	Salus, uel si. Regio Tempus Aetas Complexio	CAVSA	SIGNVM	EVACUATIO	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1 Soda ex caliditate.	Non timorol. Calida. Aestiuum Calida Calida	Ex cibis calidis suptis, aut me- dicinis, uel ca- lore solis.	Caliditas ta- ctus capitis, et æqualis urina & egestio.	Nulla fiat.	Cū ros. & san- dal. sup caput, & cibo cū suc- co granati.	Cum oleo ros. aq̄ citrulli, & modico aceto super caput.
2 Soda ex frigiditate.	Non timorol. Septentrio. Hyemale Frigida Frigida	Ex frig. cōple- xionis p̄nicu- lor̄ cerebri, dif- cooptioe cap. in aëre frigidol.	Tactus frigidol capitis, & mi- tigatio eius cū rebus calidis applicatis.	Nulla fiat.	Cum balneo, & odore maio- ranae, narcissi, & musci.	Emplastreū cū camomillis, co- ro. regia, nepi- ta, & maio- rana.
3 Soda ex humore calido.	Non timorol. Meridiona. Aestiuū, ueris Calida Calida	Ex sanguine, & cholera.	Si ex sang. rube- do faciei, reple- tio uenar̄, ma- gnol pulsus, uri- rufa: si ex chol. os amarū, pul- sus spissus, uri- na intensa.	Minuatur de basilica, & ce- phalica.	Cibei iure ci- cerum, aut fa- siani.	Cum bletis, & sinapi.
4 Soda ex humore frigido.	Non timorol. Calida Hyema. autū. Frigida Frigida	Ex flegmate, & melācholia.	Liuidius co- lor, & strictū pectus.	Cum pillulis yerē, & co- chijs.	Cū cibo agre- ste, & potu iu- lep, & rob. a- grestæ.	Cū cibo lenti- culæ, & pisci- um sedebeg.
5 Soda ex calid. exteriori.	Timor. sup. uisū Vniuersalis. Vniuersalis. Vniuersalis. Vniuersalis.	Ex percussio- ne, uel alia re- cadente super caput.	Pulsatio, et gra- uedo, & aliq̄n do febris.	Cū minutio- ne cephalicæ, & clisteri leni- tuo.	Emplastreū lu- to armeno, so- lijs cipressi, fo- olis ros.	Emplastreū ca- lamo arom. ra- di. granati syl- uestris, pis- is, & aqua ros.
6 Soda post euacuationem.	Timor. infesa. Sicca Aestiuum, Iuuenilis Sicca	Ex intenso flu- xu sang. nari- um, & uentris fluxu.	Leuis motus, & uigilia, & ariditas faciei.	Nulla fiat.	Cum gallinis pinguibus, & carnibus aric- tinis.	Cum ouis mollibus.
7 Hemicra- nea.	Timor. sup. uisū Sicca Autumnale Senescens Sicca	Ex hūore ma- læ quātatis, frigidol, uel humido.	Dolor fortis, tendens ad ra- dicem ipsius partis.	Cū minutio- ne, & purga- tioe humoris inducentis.	Sternuteū cū a- q̄ maioranē, uel oleo amyg. a- maræ, in nare partis dolētis.	Vngat̄ frons ante aduentū paroxifini cū oleo narcissi, & nardi.
8 Soda cum cō- municatione stomachi.	Non timorol. Meridiona. Hyēal. & ueris Senilis, adolef. Calida, & hūi.	Ex cōicatione stōachi in mor- bo, uel ascen- sione uaporis ipsius.	Lene erit, cum lenitate stōachi & grauis cū gra- uedine ipsius. Et confert ei uomitus.	Cum uomitu, syrop, acetos, aqua cali. & sale.	Cū galliculo sirbeg, aut suc- co granati, & oleo amygda- larū dulciū.	Cū pulre de me- dulla panis al- bi, et succo gra- nati muzi.



Secundum ut  
acetum in solo  
Si fuerit cum  
citricis, fundatur  
in aqua, cucur-  
bitulae. Et bi-  
bitum. albo. Et si  
Lactur decoct. c  
in ea particul  
Et si sit ex pa  
argentea, & perdic  
mollis, eruca, alli

Purgat corpus c  
phalica, salis indi  
in uacuationem epi  
mollis, gallina  
ment. Et uomitus  
uomitum bib  
granati. Si fu  
uol acetos  
in aqua, post  
uol rasura eiu  
folijs  
emplastreū m  
uirtutes al

Uentur carnibus g  
mollibus lacte mul  
oleo uiol. Et  
cum oleo amyg  
Et ad sodam u  
acidens ex ang  
Sodæ uti euacua  
cum zuce. albo.  
citricis. Et nisi  
sunt uelocis m  
dolenti. Et si fu  
auri de oleo  
humore chole  
& podag. lin  
al. dos. ciu  
andri recentis  
humore flegmatic  
parum. Et  
ros. masticæ dan

# COMM. REIP.

1 Et si secundum uiam feb. in frigidetur caput cum partibus. ij. aquæ ros. & parte olei ros. & modico aceto infuso in eis panno lini, si est in æstate, in frigidetur cum niue, & ligentur muscoli tibiæ. Si fuerit cum uigilia, mulgeatur super caput lac mulieris lactentis sceminam. Si est ex calore solis, fundatur super anteriorem partem capitis aqua ros. & oleum nenufar. Et emplastre tur cum rasimi, cucur. portul. folijs salic. semperuiæ, & aqua ros. sandal. & malua uisco. solatro, & similibus. Et bibariulep, & rob agrestæ, cum aqua ros. & bellericis. Cibetur cum farre ordeï, zucc. albo. Et si hæc species doloris non curatur cum uelocitate, difficilis erit curæ.

2 Lauetur decoct. camomillæ, coronæ regie, & maioranæ: & fomentetur uapore ipsius, & in fundatur in ea particula similia, & cum ea fiat calefactio. Et oleum lilinum, & narcissinum mirabile est ei. Et si sit ex parte frigoris exterioris, ungetur oleo rutæ. Et cibetur aqua galliculi cocti cum agrestæ, & perdicis cum agrestæ similiter, euitatis rebus inferentibus sodam, ut est nux, & sem. canalis, eruca, allia, cepe, & similia.

3 Purgetur corpus cum pillulis aloe 3, 5. & danik. ij. de turbit, pulpa coloquin. scamonæ asæ, xyloaloe, salis indi, seu indiani ana danik. . tritis cum aqua. Si est ex humore melancholico, post euacuationem epithimetur caput decoct. cannæ, coro. reg. mellissæ, ordeï fracti. Cibetur carnibus arietis, gallinacijs spidebeg leniter. Et hæc est cura sodæ, si fuerit ex uento. Odor maioranæ iuuat, Et uomitus iuuat, si fuerit ex satietate nauseatiua cum aqua cas. & somno longo.

4 Post uomitum bibat syrup. acet. cum aqua ros. Cibetur prunis, iuiubis, pomis, pitis coctis cum succo granati. Si fuerit ex cholera, bibat de aqua tamarind. & prunorum, cum zuccaro al. & syrup. ros. uel acetoso, uel decoct. mirabolanorum cit. 3 x. fumiter. 3 v. uiol. absinth. ana. 3 ij. coctis in aqua, posito in eo aloe aur. 1. scamonæ caratum 1. assæ. Emplastre tur caput frusto cucur. uel rasura eius sandal. aqua ros. uel similibus.

5 Emplastre tur folijs salicis, luto ar. oleo ros. myrto recenti tritis. Et si accidit inde permixtio mentis, emplastre tur malua uisco, farina ordeï, oleo ros. uiolis, modico aceto. Et uratur aceto, ut uirtutes aliarum imprimantur cum subtilitate eius, quia non dissoluit: nec eo utimur ad mitigandum.

6 Cibetur carnibus gallicolorum, & pulte cum medulla panis, al. olei amygdal. & zuccar. Et sternutetur lacte mulieris, & oleo uiol. nenufar. & cucur. & mulgeatur super caput, & misceatur cum oleo uiol. Et cibetur cum ossa amygdalarum, & piscium coctorum spidebeg, & frixorum cum oleo amygdalarum. Et si est cum febre: cibetur cum cucur. coctis cum agrestæ, uel spinacijs. Et ad sodam uenientem ex coitu, cuitet coitum post cibum, & comedat citronia, & pira. Et soda accidens ex angustia, curetur cum somno, & odore olei uiol. & granorum cucurbitæ.

7 Studeat uti euacuatione iuxta humorem inducentem morbum. Si fuerit ex caliditate, sternutetur cum zucc. albo, croco, & camfora bene tritis. Et ponatur in naribus ad pondus gran. 1. cum aqua citrulli. Et nisi soluat, passio erit longa. Fit & dubietas super uisum. Et arteriæ temporum si sunt uelocis motus & plenæ, incidantur ipsæ arteriæ: etiam uena quæ est post aurem in parte dolenti. Et si fuerit defectus uocis subito, epithimetur caput cum multa aqua tepida: Et instilletur auri de oleo ros. tepido: & impleatur auris bombace.

8 Si ex humore cholericico, uomat cum eo quod dictum est. Et bibat de syrup. acet. cum lem, endiuæ, & podag. lini, fumiter. ros. ana. 3 x. coctis cum aceto, & aqua usque ad medium, cum zuccaro al. dof. eius 3 xv. Emplastre tur caput cum sandal. ros. acacia, lino, luto ar. aqua ros. & coriandri recentis, & ramis palmæ. Ligentur muscoli tibiæ. Et fugat citronium. Si fuerit ex humore flegmatico in stomacho, uomat cum syrup. acet. in quo inscidantur rad. cum sale grosso trito parum. Et utatur pillulis aloes confectis cum mirabol. feb. & turbit ana danik. ij. ros. mastice danik, aloe sentur. 3 1. capiat ante introitum lecti. Utatur carnibus subtilium animalium spidebog cum cicere.

d



## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Cerebri iuxta species eius.

NOMINA	Salus, uelior. Regio Tempus Aetas Complexio	CAV- SA	SIG- NVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- toris
1 Sifen.	Tior. cū apate. Calida Aestiuum Iuuenilis Calida	Aposte. calidū panniculoꝝ ce- rebri, aut cali- ditas superflua ipforum.	Cōtinua syno- cha, tactus cal- capitis, uigilia cū permixtio- ne mentis.	Cum minuti- one cephalicę.	Cum ptisana syrup. tama- rindorum, & iulep.	Cū aqua se. por- tul. granati, & cucur. cocta in agresta & spi- nacijs.
2 Masara, id est, apostema faci- ci.	Imorolum. Meridiona. V. eris. Iuuenil. adol. Calida	Apostema san- guineū in ce- rebro, arterijs- q; & facie.	Fortitudo apo- stematis, ita q; credit̄ distūgi, cū dolore & ru- bore faciei.	Cum minuti- one cephalicę.	Cum ptisana, & syrup. de pa- pauere, uel ne- nufare,	Cū succo gra- nati, & aqua portul. seu nenufar.
2 Si sit ex causa exteriori, fiat minutio: ungat̄ locus oleo ros. & aqua tepida: et comprimat̄ uescica uersus uirgam. Si est ex causa exteriori: emplastret̄ cum eo quod dixi in principio. Deinde emplastret̄ cum fenugræco, sem. lini, farina lolij, camo. uiol. siccis, temperatis cum adipe gal linæ, & decoct. sicuū tepi. Et utatur ista tragea. Recipe sem. portul. citrull. cucu. cucur. melonū, maluauisci, & maluē ana part. 1. dosis 3 ij. cū syr. uiol. & iulep. Et si constipat̄ natura: sumat de medulla cassiæ. cū hac decoct. Recipe uiol. sem. maluauisci, sebesten, fursuris simlæ, coquantur in aqua, colentur: & bibat de ea cum oleo uiol. & medulla cassiæ fist. uel fiat clistere ex eis cum oleo uiol. elmori, & aqua blitarum, & inñciatur.

3 Cibet̄ pilis, & spinacis coctis cū oleo amygd. & ouis mollibus: & utat̄ medicamine isto. Recipe granatorū pini, sem. cucu. amidi, sem. apij ana aur. 1. bulliat sem. apij in rotul. 1. aquæ usq; ad unc. ij. & in eis distemperet̄ medicinæ. dosis 3 ij. cum sapa. Et utendum est eo toto quod dictum est in generatione saniei.

4 Bibat de semine melonū, cucur. cucum. citrull. excor. ana 3 1. psillij, olei ros. ana 3 1. iulep, syrup. uiol. aqua ros. ana 3 ij. formentur trocif. qui dentur cum iulep. Sedeat patiens in aqua tepida: cataplasmet̄ uescica fol. uiol. maluauisco, & malua, solatro: tritis mixtis cum farina ordei, & oleo uiol. tepefactis ad modum emplastrū. Et si est ex frigore: sedeat patiens in decoct. camomil. coro. reg. maioranæ: ungat̄ pecten cum oleo aneti, aut oleo scorp. Et bibat decoct. sem. apij, fen. anisi, iuniperi, spicæ, & zucc. Quod nisi conferat: utatur instrumēto catharfit: quia ualet contra retentionē urinæ: nisi ibi sit aliquod apostema: quia auget morbu. Vnde fiat in forti necessitate cum temperie, & unctiōe multi olei. Vel sugatur cum syringa.

5 Utatur hoc medicamine. Recipe gland. 3 v. thuris, mast. 3 ij. gumi cerasi syluestris 3 ij. terantur. dosis 3 ij. cum syr. pomorū aromaticorum. Et iuuat mingentē in lecto hoc medicamen. Recipe cyperi 3 ij. nastureij, mentastri ana 3 1. terantur, et misceantur cum zuccaro. Et eo utatur penes dormitū: post forbeat de ouis mollibus. Et dicit̄, q̄ epiglotū galli si urit̄, & trito de eo bibitur danif 1. usq; ad 3 ij. cum aqua tepida, conferat mingenti in lecto. Euitet res frigidas urinā prouocantes. Utatur spidebeg. cum aromatibus calidis, & sinapi.

6 Si accidit ex humiditate, curet̄ cum nutrimentō: et si sit ex ruptura sifac, sanatio eius erit difficilis. Et potest emplastrari cū nuce cypressi, cortice granati, alumine scisso, balauft. ros. & myrto: tritis & distemperatis cū gumi prunos, et glutine pisciū, mixto cū eis affodillo. Et euitet repletio, motus fortis, & nutrimentum generans uentositatem. Utatur electuario mentastri. Cibetur perdice, & galliculo frixis.

7 Euitet carnes: & bibat de dulcibus, cū syr. iulep: & de aqua portul. cū syr. acetoso. Et cibetur piscibus coctis cū spidebeg, & succo granatorū. Et emplastret̄ farina ordei, lenticulis, fabis & rufula: distemperatis cum aqua solatri, uirello oui, & oleo ros. Et euitet motum.

8 Illinat̄ melle, cerulla, & sapa. Et emplastret̄ cū thure, cimino, farina fabar, oleo sitami compressi, farina maluauisci, passul. cerasit̄ absq; nucleis: tritis, & dissolutis in aq, mixtis cū sepo caprino, liquefacto. Et liget̄ capistro, et cū cinere cauliū, se. lini, tritis cū sepo caprino, & similibus.



De eo quod multiplicatur in eo de morbis Testiculorum, & Veretri.

NOMINA	Regio Tempus Aetas Complexio	Salus, uel deterior.	CAUSA	SIGNVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1. Congregatio aquæ in testiculis	Septentrio. Hyemale. Adolefcens. Frigida	Salubris	Ex cōgregatio- ne aq̄tæ hūidi- tatis inter lifac, testiculosq̄ retentę	Inflatio, & ex- tenfio splendi- da, albꝝ color, & sentire aquā sub tactu	Cū extractiōe aquæ, quæ nō expellitur ab emplaftris	Emplafret ei- nere radicum caulium, & fe- po caprino uetufto	Emplafret ar- moniaco, & bdellio, dillo lutis in aceto
2. Ruptura, aut uarices testi- culorum	Meridional. Hyemale. Senil. adolef. Humida	Hor. hęcne-	Ex motu intē- fo rūpit lifac, & deicēdit in- teftinum cum humiditate	Habetur per caullam præ- cedentem	Cum decoct. epithimi ad uarices	Emplafret ru- ptura cerifolio, hippogftd. co. pul. glandium, balau. myrto: fi est ex hūiditate	Emplafret af- fodil. cortice granati, ma- fuce, amido, cimino
3. Pruritus, & pu- fulæ in testi- culis	Occidental. Autumna. Senefcens Calida	Salubris	Ex flegmate fallo, uel fan- gui. chole- rico	Cognitum est	Cū minutio- ne, & decocti- one fructuū, fi apoftema fit calidum	Emplafret len- tibus coctis cū faleolis, tritis in aquā rof.	Illiniat aloe, li- targyro, gumi amygd. le-ru- tę, cucur. ficę, fuperfufis ei
4. Defectus ap- petitus co- itus	Occidental. Autumna. Senefcens Frigida	Salubris	Ex fpimate pau- co, uel euacua- tiōe, uel priua- tiōe cibi, uel cō- plexione frigi- da, & ficca	Habetur ex caullis præ- dictis	Non fiat, ni- fi fit ex hu- miditate fle- gmatica	Cum carnibus coct. fpidebeg, arietinis, cū ci- ceribus fractis, & gnadib.	Cū pifcibus allis, cepis, & fermenta- taria
5. Intenfus appe- titus coitus ab- q̄ fpermatis emiffione	Orientalis. Veris. Iuuenilis Calida	Salubris	Ex intenfā caliditate, & humiditate	Cognitum est	Si competit, cum minu- tione	Cum lactucis, lacte acido, & comefitione camphoræ	Cū cucum. ci- trull. portul. & lentibus co- ctis cū panico
6. Erectio, uere- tri abfq̄ ap- petitu	Oriental. Veris Iuuenilis Cal. & humil.	Salubris	Ex uentofitate cū cal. equali in corpore ueretri, uel uentofitate ueniente ad id de uenis pul- fafilibus	ter iactitatio- nē, fi est ex ipfo ueretro: & ere- ctio fine iectiga- tione, fi est de uenis	Cū uomitu, & laxatiuis, fi peccat ibi materia	Cū lentibus, coriandro, & granis gra- natorum	Cū rof. ba- lau. & fem. portul.
7. Iectigatio ueretri	Occidental. Aeftiuum Iuuenil. Calida	Tiorofa, fi est cū dyfenteria	Ex uetofitate includa in cor- pore ueretri	Apā calidū, e- rectio fortis: et poffibile est, q̄ accidat: pli fpasmus	Minuat bafi- lica, fi est cum apoftemate	Cū cucur. co- cta cum spina eius, & fucco granatorum	Cū cibo cocto cum agrefta
8. Opilatio ueretri	Occidental. Autumna Senil. iuueni. Humida.	Timorofa, fi durat	Ex humore grosso, uel ul- cere, uel fan- guine	Ardor urinæ, difficilis exitus, & illud qd emit- tit de humore grosso, fanie, uel fanguis. uel coruce ulceris	Minuat bafi- lica, fi est cum apoftemate, uel puftilis	Cū aqua cu- cu. arabici, & iulep	Cū mucilagi- ne pfillij, uel aqua fe. por- tul. & iulep



Empl  
liquifa  
dipillino  
lapelle  
uerum  
acoz: & fu  
di em  
dura. Sed  
um. Et test  
tum. Dein  
dico modo  
uaria de  
pno. Euit  
mitatur ac  
erianar  
si in n  
aba, coloq  
ultribus p  
gno, cadm  
nemi, oleo  
in pal. der  
si et er  
fape: & cib  
uoz: frigid  
ano, occer  
gualio, jola  
uenis, ment  
perdis & t  
lritant  
pors renū cu  
plumbæ: q̄  
poma. Et d  
cum aceto,  
emvri, &  
Vtanur  
fi, aut it  
mitatur uer  
Quod nulli c  
ous em diffi  
illiniat  
non dormia  
no, cum sca  
Bibat d  
emplafret u  
nos, bis, ue  
nepefe. api  
nulli. Et cepi



## C O M M. R E I P.

Emplastretur tali emplastro. Recipe piperis, baccarū lauri, & nitri ana. terantur, & distemperentur cum cera liquefacta, & oleo omfacino: & emplastretur calce percussa in aqua ualde: tamē coletur aqua, & misceat cum oleo lilino, & cera liquefacta. Et nisi conferat: dormiat patiens, & ponatur sub sella ipsius plumaceolus lenis, & sub pelle testiculorū pannus de lino: & sedeat in parte sinistra, & alius seruiens sedeat in parte dexira. & attrahat ueretrum ad pectinem. Deinde scinde pellem testiculorum in medio per longum, prope pectinem, & attrahatur aqua: & superponantur ei medicinae consolidatiuæ.

Si eminentia intestini est ex ruptura sifac: non debet curari, nisi cum ferro, licet sit fallax ualde: aut cum coctura. Sed eminentia carnosā potest curari cum ferro. Extendatur ouū ad superius, & scindatur pellis testiculorum. Et testiculū expandant ex parte sifac, quæ est super carnem: & incidatur tota caro generata ibi per circumlitum. Deinde curetur cum medicinis restringentibus sanguinem, & consolidatiuis. Et melius esset, si fieret cura alio modo in principio. quia dubitatur emissio sanguinis mortifera cum dolore. Sed uarices possunt minui, extracto de eis sanguine in bona quantitate. Emplastretur cum fenugræco, sem. lini, maluausco alb. & sepo caprino. Euitet id quod generat melancholiam. Et suspendantur in eis hami, donec discooperiantur. Deinde intro mittatur acus cum filo sub eis, & ligeretur ultima pars eius, uel ipsarum, & incidatur filum: deinde scindantur. Et extrahatur sanguis de eis: post curentur ut uulnera.

Si ibi non fuerit apostema calidum, curetur cum eo quod desiccet. ut est medicamen confectum de charta uista, coloquin. aloe, & acatia, dissolutis in succo myrti: & de eis fiat illinitio super testiculos: & superspargatur ulceribus puluis luti cyprini, & aloes: post unctionē cum oleo ros. Et si cum pustul. est pruritus, illiniatur litargyro, cadmia argentea, uenis tinctorum, galla ana; i. baurac armeni danif i. s. tritis, distemperatis cum succo myrti, oleo ros. & aceto. Et si sit in pelle testiculorum aliqua excoariatio, illiniatur cum oleo ros. & superponatur eis pul. de ros. & myrto, tritis: aut illiniatur cum unguento cerussæ.

Si est ex euacuatione: utatur humectatiuis. ut carnibus coctis spidebeg, & balneis in aqua tepida. Et potu sapæ: & cibo carnis assæ super carbones, & anatis pinguis, lacte cum offis & zuccaro. Et si est ex mala complexionē frigida & sicca, utatur regimine calefactiuo & humectatiuo, ut carnibus arietum pinguiū spidebeg, cum aneto, ciceribus, fabis, carnibus passerum, columbarum, & granatorum, zinzibere condito cum granis pini, gaudio, solatio, electuario sienci: & hoc elect. Recipe sem. erucæ, rapæ, sem. rad. sparagi, & cepæ ana; v. zinziberis, mentæ, fabarum medullæ, sem. bombacis ana; vñ. conseruæ yringorum unc. i. terantur, misceantur cum penidijs & melle. detur ad modum nucis

Irritant illud sem. lactucæ, sem. portul. sem. psillij coriand. ana trita, præter phillium, dosis; ñ. Et illiniatur pars renū cum sandal. campho. & aqua ros. Et suspendat partibus inferioribus dorsi petia plumbi, aut tabula plumbea: quia irritabit appetitum coitus. Sed ad emanationem spermatis in somno, euitentur cal. quæ augent sperma. Et dormiat super lectos frigidos. Lauentur loca attinentia ueretrum cum aceto. Utatur lentibus coctis cum aceto, aut succo granatorum. Emplastret uenter acatia, luto ar. hippoquistid. sumac, balau. cum cum succo myrti, & portul.

Utatur eo quod dissoluit uentositates, aut calefactiuo & desiccatiuo, uel sem. rutæ, cimino, sem. aneti, dosis; i. aut in frigidatiuo, & desiccatiuo. ut sem. iusquiami, ros. coriandro, sem. lactucæ, endiuicæ, plantaginis. Et illiniatur ueretrum, si ibi fuerit aliqua caliditas, cum succo lactucæ, & rasura cucur. sandal. & modica camphora. Quod nisi conferat, misceatur cum eis modicum apij. Et non utendum est eo in multa quantitate: quia morbus eius erit difficilis sanationis. Et utatur breui nurrimento: euitato quod generat uentositatem.

Illiniatur ueretrum cum sandal. succo lactucæ, coriandri, solatri, portul. cum luto armeno, & cimolea. Et non dormiat super dorsum. Et bibat de ptisana cum portul. Quod nisi conferat, superponatur uentosa ueretrum, cum scarificatione, aut sanguifuga.

Bibat de pillulis semi. cum syrup. uiol. & de aqua citrull. & de medulla cucum. cucur. melonū, & citrull. Et emplastret ueretrum cū se. psillij, & oleo ros. Et apertis pustul. imponat ueretrum de sief al. oleo ros. & lacte femi nino, bis, uel ter. Et si opilatio sit ex humore grosso, attenuet dieta cum aqua cicerū, cimino, & cinnamomo. Et recipe se. apij, anisi, fen. ana. sem. melonū part. ñ. terantur, dosis aur. i. cum iure cicerū nigrorum, aut imperialiū. Et epithima fiat cum decoct. camomil. coro. reg. baccarū iuniperi, maioranæ, & mentastri.



## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Matricis secundū diuisiones ipsorū.

NOMINA	Regio Tempus Aetas Complexio	Salus, uel uior.	CAUSA	SIGNVM	EVACUATIO	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1 Fluxus sang. de matrice	Meridiona. Autumnale Iuuentilis Calida.	Timorofus, si fit incensus	Ex debilitate uir- tutis retentiæ, subtilitate sang. uel multitudine eius, uel ruptu- ra uenarum	Multus exitus, ex quo rumpi- tur digestio, in- flantur facies, pedesq;	Minuatur basi- lica, si ex reple- tione, & mul- to sanguine	Cū trocif. cara- be, & rob cito- riorū, perdice, cocta cū sum- ac, berberi	Cū percelletis luto sigil. arm- no, decoctio fumac, & co- riandro
2 Retentio men- struorum	Occidental. Hyemale Senescens Frigida.	Timorofa, si fit cū syncopi	Ex opilatione, grosso sang. in- tensa siccitate, apāte, uel in- tensa euacuati- one pcedente	Grauedo in uise- ribus uētris, re- gimē totius cor- poris, egestiois retētio & urinæ debilis, apostēa, & quādoq; ni- grescit urina	Cum minuti- one saphenæ partis sinistrae	Cum potu de coct. fenugræ, daçylorū, & ustū zinzibe- ris conditi	Calefiat umb- licus costio, ci- namomo, tri- tis, ebullitis, & positis in buri
3 Manatio humi- da de matrice	Meridional. Vernis Adoles. iuue. Humida.	Timor. si fit cū in- tensa debilitate	Ex aliquo qua- tuor humo- rum	Secundū humo- rem de quo fit, habetur noti- cia per uisum	Cū minutione, si fit ex sang. & laxatiuo: si est de alio hu- more	Cū rob citoni- orū, galliculi cocti cū granis granarum	Bibat per trid- um ieiunio stc macho danif de elmori, cu ouo forbili
4 Præfocatio matricis	Occidental. Autum. ueris Iuuentilis Cali. & hum.	Timorofa	Ex multo sper- mate, eiusq; re- tentiōe, & pu- trefactione	Permixtio mēt. defectus sensus, sincipis, pulsus debilis, & mor- bi ascēsus ad cor- & ad caput	Cū minutione saphenæ, si fu- erit ex retenti- oue menstruo- rum	Cum coitu, cū clisteri, & oleo camomil. & musco	Fiat supposi- tum baurac. & cimino- tritis
5 Ventositas matricis	Meridional. Autumnale Senescens Humida.	Timorofa.	Ex mala cōple- xione frigida, aut abortu, aut sanguine	Apā pectoris, & uentris duri- cies: & quādo percutit, erit so- nus ut ad tym- panum	Cum eo quod dissoluit uen- tositates	Cū diacimo- mo, apio, ma- ratro, aniso, carui	Cū iniectione & unctiōe ol- sem. apij, fen- & anisi
6 Apostema ca- lidum ma- tricis	Occidental. Veris Iuuentilis Calida	Timorofum.	Ex casu, uel cō- cussione, uel re- tentiōe mēstru- orū, aut partu difficili	Sincipis, dolor capitis, colli, & fontinellæ, gra- uedo oculorū, mollicies extre- mit. sitis, distur.	Cū minuti- one basilicę	Cū potu iulep, uiol. pisanæ, sem. frigidorū maiorum, & minorum	Cum aqua se- portul. & iulep
7 Apostema durum ma- tricis	Occidentale Autumnale Senescens Frigida	Timorofum	Ex apāte duro præcedēte, uel humore me- lancholico	Duricies pecti- nis, & oris, ma- tricis grauedo, motus saphenę proprie, et inde totius corporis	Cum decocti- one epithimi, si ex melācho- lia fuerit	Emplastreū dia- quilone, adipe anatis, malua uisci, farina fenugræc.	Emplastreū ma- dulla tibie ua- cinæ, & buri- ro uaccino
8 Dubayla ma- tricis	Meridional. Veris, ætatis Iuuentilis Calida	Timorofa.	Ex apostema- te frigido in exitura	Fortitudo si- gnorum præ- dictorū, hor- ripilatioq;	Cum eo quod extrahit fan- niem	Imponat ma- trici oleū uiol. cum aqua tepida	Imponat ma- trici butyrur uaccinū, cum aqua calida



1 Si est ex acuitate, & tenuitate sanguinis, curet cum ingrossantibus sanguine, & intrigidatuis. Si ex uulnere, cum desiccatiuis, & superponat ei aloë, sandar. lutum cyprini. Et ad ingrossandū sanguinem, utat trocif. de rabe, corall. luti cyprini, factis cū succo plantaginis, aqua sumac, & portul. Et sedeat in aqua cucum. in qua coquant balaust. cortices granat, nux cypresi, carui, napti, copulæ gland. myrtus, galla, trifolium domesticū, & carathit. Emplastret pecten cum panno infuso in aqua myrti, & fiat supposit. de lana in aqua sumac, aqua plantaginis, & myrti. Et pulueriset supposit. cū puluere chartæ ustæ, copulæ gland. balaust. antimon. lut. ar. uel sigill. Et clysterizet cum aqua myrti, plantag. portul. uel cum decoctiōe sumac, colata, & mixta cum 3 iij. harum rerum. Recipe luti sigillati, lich, acatiæ, succi barbæ hircinæ, porcelletū usti, & ramis in quantitate 3 iij. Quod nisi cesset, ponatur uentosa sub mammillis, & ligentur membra. Et dixit Gal. q̄ curauit fluxum sanguinis cum clisteri succi plantaginis tantum.

2 Si est ex humore grosso, & mala cōplexione frigida, curet cum eo quod calefacit, & attenuat, ut est se. apij, fen. mentastrū montanum; terant, bulliatur cum iure ciceris nig. et melle, uel oxymelle, sem. Et calefactio cum aromatibus, iuuat ualde. Emplastret uenter, & pecten cum spica, cinnamomo, calsalig. squin. nuce muscata, mace indico, cardamomo, & costo: fractis, & coctis in aqua, positis in bursa ad calefaciendum cum ea tepide sape. Et suppositorium fiat cum succo rutæ, & aqua mentastri fluuiialis: tamen lana infundatur in eis: & puluerisetur cum puluere lupinorū, usnen perso, pulte coloquint. absinth. & suffumigetur cum oppoponace, thure, xyloal. per embotum, & per stannum perforatum: super quod sedeat: & balneum iuuat ualde. Et si sit ex alia causa, euitetur id quod generat eam, & curetur cum contrario.

3 Conlydera de quo genere sit. Si sit ex languine: curet cum medicinis fluxus sang. Et si dominaat aliqua humiditas flegmatica, fiat suppositoriū de pipere, cum rebus utilibus ad suppositoriū. Euitetur id quod generat illum humorē: post euacuationē ipsius cum eo quod competit corrigant nutrimenta, & complexio.

4 Quod si accidat sincopis: ligent muscoli tibiariū, & membra, & opilent nares: roretur facies aqua frigida: & clamet in aurē uox magna: sternut cum conditio, & sinapi: odoret res foetentes, ut ustones, petrol. & urinā uetustā: & suffumiget matrix cum odoriferis, ut medicamine ambræ. Quod nisi conserat, ponat uentosa super umbilicū, & super radicem coxarū: inungatur orificiū oleo muscellino, absq; scarificatione. Et si causa morbi fuerit ex defectu coitus, infundat obstetrix digitū in aquam arom. & imponat ipsum matrici, et cōmoueat eam, & totū locum eius. Aut utatur coitu cū aliquo dilecto. Deinde mitigata sincopi, bibat de sapa, bene cocta cum syr. absinth. Et sedeat in decoctione eamomill. coro. reg. origani, & maioranæ. Et ungat uenter & flanci cum oleo sambucino. Cibet cum mica panis bruni, iuscello bistardæ, cimino & cinnamomo. Restituta uirtute, purget locus cum pillulis stomaticis & uomitu, unctiōibus, & emplastris, dissolutis: & cibetur cum cibus zirbeg fraxis, & spidebeg.

5 Vngatur pars inferior pectinis, & umbilici cū oleo rutæ, & aneti, & clisteriet cum decoct. camomill. coro. reg. aneti, maioranæ, absinth. mētastrī, marmocor. abrotani, rutæ, sem. apij, feni. anisi & cimini, coctis bene: in quorū decoct. misces olei costi: & inhiatur. Et post expulsionē balneetur in decoctione predictorū. Et post balneationē emplastretur matrix cum puluere predictorū, incorporatis & emplastris, resolutis.

6 Cibetur cū galliculo, malua, spinacis, & ouis mollibus. Et emplastret pecten cum farina ordet, fabarum, maluaufico, & uiol. ana. 3 ij. camphoræ danis 1 r. infusus in aqua coriandri, & endiuæ: & superponat ei cum ceroto facto de cera, oleo uiol. & aqua plantag. & illiniatur super umbilicum, & pecten cum oleo uiol. ros. Et si est ardor cum dolore in aliquo loco: instilletur in eo oleum ros. purū, cum albumine oui, aqua plantagi. & aqua ord. uel lacte, uel sero caprino. Et nisi mitigetur dolor, misceantur cum modico opij, cum decoct. corticis papaueris, & si ef. al. & lacte foeminino. Et si fuerit duricies: emplastretur cum camomill. coro. reg. maluaufico, semine lini, oleo uiol. & uitello oui affo.

7 Fiat suppositoriū cum lana infusa in hoc medicamine. Recipe adipis anetis, olei lilini, ceræ al. mucil. sem. lini, fenugræ. ana. liquefiat cera, & adeps, & cū eis fiat suppositoriū, & emplastret cum sem. lini, fenugræ. sem. porri, radicis maluaufici: tritis, cribellatis, & mixtis cum cera, medulla tibię uaccinæ, decoct. ficuū, butyro uaccino: & ungat pecten cū pinguedine, & oleis. Et sedeat in decoct. aneti, coro. reg. uiol. rad. maluaufici.

8 Emplastret cum tenugr. sem. lini, camomil. coro. reg. farina ord. maluaufico, sem. mentastri, farina tab. & radic. maluaufici: distemperatis cum aqua cal. aqua sic. oleo sisami, & adipe anatis, & superponat cum lana infusa in eis. Et qñ emanat sanies, mundificet in aqua tepida, cū oleo uiol. Et si sanies est foetida, aut similis aquæ carniū: clisterizetur cū decoct. rizi persi, lentii excorticatarū, balaust. cortice granat. myrtelloz, copul. gland. inde fiat cum 3 xxx. ipsius aquæ mixtis cū oleo ros. Et si sanies uertit in aquositate, bibat de medulla melonū, cucur. citrull. papaueris, ana. gumi ar. amidi, dragag. ana. part. quar. 1. tritis. dosis 3 iij. cum syr. papaueris, & 1. psillij, & lacte caprino. Et si tendit ad intestina, fiat clistere cum lentibus, aut rizo: & copulis granatorū, luto ar. oleo ros. gumi, & uitello oui elixo in aceto, uel cum similibus simplicibus debito modo.



## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Matricis.

NOMINA	Salus, vel mor. Regio Tempus Aetas Complexio	CAVSA	SIGNVM	EVACUATIO	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1 Cancer in matrice	Timorolus Occidental. Autumnale Senescens Frigid. & sicca	Ex materia me- lancholica	Dolor fortis, & duricies in ore matricis, color uiridis, aut niger	Nulla fiat	Sedeat in aqua decoct. fenu- græci, malua- uisici, & coro. reg.	Emplafretur cū folijs mal- uafci, & gu- mi amygd.
2 Mola ma- tricitis	Timorola Septentrion. Autumna. Senescens Frigida.	Ex matia gros- sa conglobata in tunicis ma- tricitis	Duricies tacto, & erit mulier quasi pregnas	Euacuetur humor do- minans	Emplafretur cum adipe a- natis, & dia- falon	Emplafretur butyro uac- cino
3 Hæmorrhoi- dæ matricis	Timorolæ Meridional. Autumnale Senescens Calida, sic.	Ex humore me- lancholico	Color niger, & manatio similis fæci uini, & sūt ut uuæ mori, uel ficus	Cum deco- ctione sto- matico.	Cibet hædis, & arietibus: ungatur oleo narcissi, & lilij	Illiniat ung. li- targyri, cadmiæ, & uenæ citri- næ, cera & pi- ce veteri
4 Fissura	Timorola Septentrion. Autumnale Iuuenil. Sicca	Ex ford partu, & primo	Dolor mana- tio sang. post illud, & uidei, quâdo os ma- tricitis aperitur	Nulla fiat.	Illiniatur adi- pe gallinæ, a- natis, & oleo uiol.	Supponat o- leum fisticoz, cū oleo plum- bi, uel cimolea
5 Pustulæ matricis	Salubris Occidental. Veris Adolefcens, Cali. & humi.	Ex humore sanguineo	Videntur quan- do aperitur os matricis, et per tactum cum digito	Minuatur ba- silica, uel sa- phena	Illiniat ung. ceruffæ, uel oleo plum- bi, uel aqua eiusdem	Illiniatur oleo ros. ceruffa, & litargyro
6 Vlcera ma- tricitis	Salu. nisi int. Occidental. Autumna. Iuuenilis Sicca	Ex percussione, concuſſiõe, uel partu, uel extra ctiõe secundine	Videi quâdo aperit matix, & per humidi- tatē emissam, corruptam	Nulla fiat	Clisterizet lacte foeminae, a fini- no, aqua plan- taginis, plūbi, oleo q̄ro.	Sedeat in a- qua cucum.
7 Exitus ma- tricitis	Sal. nisi fortis. Meridional. Hyemale. Adolefcens, Humida.	Ex humidi- tate uiscosa, uel caussa exteriori	Videi ad ocu- lum foris, uel palpari potest circa exitum	Cum pillulis ieræ, et stomat. nisi sit ex cau- sa exteriori	Clisterizet o- leo sambuc. a- qua aroma- tica, & gallia	Sedeat in aqua cucumeri, & stipticorum
8 Declinatio matricis	Salubris Meridional. Hyemale Senilis, Humida.	Ex humore grosso, uisco- so, obrento in aliqua par- te eius	Videtur mo- lestari ad ali- quam par- tem eius	Cum pillu- lis ieræ, & cochijs	Emplafretur oleo sambuc. musco, gallia, ambra, aqua aromatica	Cū oleo con- gruo: & trahat ad partē ortiæ, retineat empla- stro cōuenienti.



## C O M M . R E I P .

1 Si cancer sit in matrice, incurabilis est. Tamen curari potest cum medicinis prohibentibus ipsum de augmento, & dolore, & dissoluentibus modica dissolutione ad modum subtilitatis ipsarum. Quare emplastrum penes fortem dolorem cum portul. maluaufco recenti, coctis cum oleo ros. Et clisterizetur cum aqua tepida, lacte mulieris, oleo ros. & aqua portul. Quod nisi mitigetur dolor, & fluit sanguis: clisterizetur cum succo barbæ hyrcinæ, burfæ pastoris, luto ar. cerussa plumbina, & succo plantag. & aqua plumbi dissoluti in materia olei. Et penes mitigationem doloris emplastrum vitello oui, oleo uiol. maluaufco, farina or. & dactyl. dissolutis cum mucilag. sem. lini: sed colentur, & cum eis misceantur medicinæ. Et fiat suppositorium de adipe anseris, lacte mulieris, et modico croco, & opio, infusa in eis lana. Et uiter nutrimenta calida, & id quod generat melancholiam. Cibetur uero panis bruno, carnibus hædinis, bistardis, spinacijs. Et iuuabiles sunt hi fructus, ficus, uua dulcis, pruna, poma dul. ficus pharaonis, passulæ parue sine nucleis. Et dicitur, quod substantia collecta in caldario balnei, trita cum oleo ros. & cum ea cancer cataplasmetur, iuuabit eum.

2 Curetur rebus lenitiuis, & dissolutiuis. Et si ex ea sit manatio sanguinis, curetur cum medicinis restringentibus sanguinem. Et si petrificatur in aliquo loco, curetur cum rebus emittentibus foetum mortuum, ut cum aqua ebullita cum lupinis, mentastro, & fenugræco.

3 Iuuant contra eas medicinæ desiccatiuæ, & ualentes contra hæmorrhoidas ani, Et nisi conferant, nulla fiat cura: nisi curentur cum ligatione, & ferro. Iaceat patiens super dorsum, & teneantur hæmorrhoidæ cum instrumento ad hoc apto. Deinde ligentur, & incidantur forcipe: & post incisionem superspargatur eis lutum ar. Fabra, cornu cerui usti. Sed ligatio debet fieri in radice cum filo torto serico fortiter, dimissa una ipsarum sine ligatione. Et postea superponantur plumaceoli infusi in oleo amygd. Post emplastrum cum mica panis, oleo amygdal. & croco donec cadant de seipsis. Deinde curentur cum consolidatiuis.

4 Curetur unguento basiliconis, adipe gallinæ, & medulla tibiæ uaccinæ, dissolutis cum oleo uiol. aur. lilino, aut cum pice dissoluta cum uifco: & fiat suppositorium cum eis, & illiniatur locus cum eis. Cibetur nutrimentis temperatis, ut carnibus hædinis, arctinis, & iure ipsarum facto spidebeg.

5 Curentur unguento tali. Recipe ros. siccarum, cimoleg ana; η. cerullæ, litargyri ana; ι. Terantur, liquefiat cera cum oleo ros. & misceantur. Et eo utendum est. Vel illinitione aquæ plumbi. Vel per ipsas medicinas absq; cera & oleo: & misce cum eis lurum sigill. & distempera omnia cum sapa, & oleo plumbi: & calefiant lapides, & superponantur: & suffimigium capiatur, & realiter curabuntur.

6 Si fuerint ex contusione, & humore qui emittitur de eis, est de sanguine puro: superponatur lana in succo plantaginis infusa, & inuoluta in puluere luti ar. acatiæ, nucis cypressi. Et clistere fiat cum aqua, radic. ram. p. almæ, aqua ros. lacte foeminino, & oleo ros. Et bibat de trocisc. carabe, cum aqua plantaginis, uel sumac. Et si emittitur sanies al. fiat clistere cum oleo ros. & uiol. tepefactis. Et si emittitur aliqua pars eruginosa, fiat clistere cum aqua or. & melle, uel decoctione fenugræc. lentium, maluaufsci, fursuris ligati in panno lini, cum aqua & modico melle. Et si fortificatur dolor, fiat clistere cum lacte mulieris, modico opio, & aceto.

7 Post curam ipsam iaceat mulier, & ponatur sub sella ipsius plumaceolus, & restringat genua: & superponatur ei lana inuoluta in trifolio domestico, hippoquisti, galla, carne spinæ, & uino mixto cum acatiæ, succo, & ramik. Deinde impellat matrix egrediens cum temperie, & inuertatur ad locum ipsius: & superponatur pectini spongia infusa in aqua myrti, cum acatiæ, & ramif. Et odoret aromatita. ut suc. ambram. hac utatur per triduum. Deinde sedeat in aqua cucum. per horam. deinde reuertatur ad usum medicaminis in superpositione & superpositione. hoc fiat per triduum. Quod nisi reuertatur ad locum eius, post hæc superponatur uentosa cum igne prope umbilicum, & super latera duo. Post emplastrum pecten cum balauft. trifolio, hippoquistid. acatiæ, succo myrti, & plantaginis.

Cibetur cum rebus aromaticis & odoriferis: tamen extrahatur manus cum temperie, donec reuertatur matrix ad latus aliud. Quod nisi reuertatur, curetur rebus boni odoris, quia declinabit ad eas, & fugiet de rebus foetentibus. Vnde fiat emplastrum ex foetidis: & emplastrum loco, in quo inclinata est, & ex odoriferis in loco opposito: ut de seipsa fugiat ad locum primum: & cum emplastro conseruatio in medio uentris.



De eo quod multiplicatur in eo de morbis Matricis, & Mammillarum.

	NOMINA	Regio Tempus Aetas Complexio	Salus, uel uior.	CAV- SA	SIG- NVM	EVA- cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1	Privatio im- pregnationis	Septentrion. Autumnale Iuuenilis Sticca, humi.	Salubris	Ex mala cōple- xiōe matricis, opilatione, uel humore iclu- so in ea	Fluxus mēstru- orū naturalis, et dispositio uē- tris ostendit in ipsa sterili- tatem	Cum laxatio- ne humoris p- hibentis	Clisterizetur cū oleo mu- stellino, cro- co, & mastice	Suffumige- tur cum nuce cipressi, & ru- ta sicca
2	Multus ab- orsus	Meridional. Veris Iuuenilis Humida.	Tior, si est legē euacua, multa	Ex causa exte- riori, uel humi- ditate uiscosa eam lubrifi- cante	Siccitas mam- millarū ante ab- orsum, & aliq̄ causa præce- dens	Cum pillulis stomacis, si caret foetu.	Cū diambra, et clisteri, oleoq̄ sambucino, & galla: deide cū succo myrti	Clisterisēt de- coct. gallē, ra- mis, balaust. & succo,
3	Difficilis partus	Septentrion. Autumna. Iuuenilis Sticca	Im. p. p. ut cū debili uirtute	Ex forma ma- la, uel exitu ma- lo interueniē- te, uel aēre fri- gido, calido, uel alijs rebus	Per interroga- tionem, & re- sponſionem	Nulla fiat.	Vngatur pars inferior uen- tris oleo si- samino	Sternuetur cū impositione licinā charcē in naribus
4	Retentio fe- cundinæ, & foetus	Occidental. Autumnale Iuueni. leni. Sticca	Tumorosa	Ex egressione secundinæ, uel subtilitate eis, morte foetū ex paucō cibo, uel alia causa	Mitigatio eius, quies eius, post modū grauedo post lenitatē, & siccē māmillæ	Nulla fiat	Fiat supposito- riū de aristo. ro. sauina, nastur- cio, tritis cū fel- le uaccino	Supponatur alſitran
5	Prohibitio im- pregnationis	Septentrio. Aetium Adoleſcens. Sticca	Salubris	Ex parua ma- trice, uel paruo uentre, uel alio morbo	Cognitum est	Nulla fiat,	Saltum faciat post coitum, uelocē, & spif- sum, uel cla- morem	Supponatur sal gemmę ante coitū
6	Apostema ca- lidum mam- millarum	Meridional. Veris Senec. iuue. Cali. & humi.	Salubre	Ex conden- sato lacte in eis	Inflatio, du- ricies, dolor, & rubedo	Cum minu- tione saphenę	Emplastreī mi- ca panis bru- ni, oleo ros. o- uicq̄ uitello	Emplastre- tur farina or- dei, oleoq̄ ros.
7	Sang. conge- latus in mam- millis	Occidental. Autumnale Senescens Sticca	Salubris	Ex debilitate eius, & muta- tione sang. re- centis ad eum uenientis	Duricies, in- flatio, pustulę, apparitio sang. in capite eius, uel earum	Cum minuti- one saphenę	Emplastre- tur farina fa- barū, et aqua mellis	Caleſiat a- qua cali. & oleo ſisami. ſæpe
8	Apostema du- rum in mam- miliaris	Occidental. Autumnale Senescens. Sticca.	Tior, si foris est eius dolor	Ex sang. cōge- lato, & coagu- lato, uel apo- stematē cal. nō dissoluto	Fortis duricies, nigredo, liuidi- tas, & repletio uenarum	Cum decoct. epithimi	Emplastre tur medulla tibię uaccinæ, & cera.	Cum cera, & oleo



## C O M M . R E I P .

1 Si ex mala cōplexione, curet̄ contrario. Si ex aliquo humore, purget̄ de ipso tumore. Et si est ex opilatione, deopilet̄: et curetur cū eō quod confortat̄ matricē, & iuuat ad impregnationē. Suppositoriū tamen fiat cū alumine scisso; η. sumac, croci xyloal. spicæ ana; 1. terantur, & in corporent̄ cum melle, et infundat̄ in eis lana, & oleo ros. & supponat̄ post purgationē menstruorum. Et bibat de limatura eboris, et fiseleos quolibet die: iuuant enim ualde. Si fuerit ex humiditate lubricitate locū spermatis: cortices thuris, & cyperi fracti in quantitate ana; x. myrrhæ, 3. iij. coquant̄ in lib. 1. aquæ usq; ad unc. iij. Coletur, & clisteriset̄ matrix omni triduo.

2 Si fit ex causā exteriori, cautela adhibeat̄ de ipsa causā. Et si fit ex aliqua humiditate, nec est ibi aliqua ipregnatio, laxet̄ idem humor, deinde fiat clistere confortās matricē. Et si fuerit ex uentositate, curet̄ cum diambra, & tragea facta de cimino, carui, se. apñ, infusus in aceto, & torrefactis ana. zinziberis, ameos ana part. 5. zuce. ad pondus omniū. dosis; iij. cum sapa. Si fit ex prouocatione menstruorū, restringatur cum kafabra, luto cyprino, & cypero. dosis aur. 1. cum succo sumac. Aut recipe ceræ; v. nastureñ, se. mentæ ana; 5. coquant̄ cum rotul. 5. sapæ bene coctæ usq; ad mediū: & misceant̄ cum eis sarcoc. & licitū in quantitate; 1. distemperent̄ cum butyro uaccino, & melle. dosis coclear. Et cibeť post horas nouē. Hoc fiat per triduum.

3 Si est ex pinguedine mulieris, uel paruitate matricis: iube qđ sit sollicita in partu. Et unganť inferiora uentris cū oleo: & sedeat in decoct. coro. regię, camomillæ. Et iaceat super uentrē. Et unganť dorsum, matrix, & flanci cū oleo, & cera. Et dicit̄: qđ fumigiū ungułæ muli, & equi, lenem facit partū. Si ex uirginitate mulieris, scindat̄ cum instrumēto, aut impositione pollicis. Si ex debilitate: confortet̄ sermonib. bonis. Et si sincopifiat: odoret̄ odorifera calida, aromatica. ut muscum, galliā, & fumigiū xyloaloes, & sandal. Cibeť iure carniū, aut iure gallicul. Si ex frigiditate, sedeat in balneo, uel in loco calido: & unganť cum oleo sambuc. & infundat̄ in aqua ebullita cum camomi. coro. reg. fenugræco, & sem. lini. Et bibat parum de gallia cum sapa. Si est ex caliditate aeris, infrigidetur cum flabell. & moretur in loco frigido. Et illiniatur uenter sandal. aqua ros. camphoræ. Et bibat de iulep, succo granatorum, & aqua frigida.

4 Bibat decoct. lupinorū, mētastrū, asari, fenugræ. cū melle. Et dicit̄, qđ illinitio ueretri cū alfitram, si fit coitus cū ea, extrahit secundinā, & foetū mortuū: & bibat danit̄ 1. gallæ cū sapa, uel fiat suppositoriū de eo quod prouocat̄ mēstrua. Et nisi egrediat̄ secundina, & sit os matricis apertū, & uideatur in aliqua parte eius: unganť manus obstetricis cum oleo uiol. uel sisami, & imponat̄, & capiat̄ secundina, & extrahat̄. Et si est coniuncta cum collo matricis, trahat̄ desuper, moderate mouendo dextrorsum, uel sinistrorsum. Et si matrix est inclusa: unganť cum oleo uiol. & sedeat in aqua tepida. Et extractio foetus post medicinam difficilis est. Et possibile est, qđ non sustineatur uirtus, ex dolore affligente penes extractionem ipsius cum ferro.

5 Prohibet impregnationē suppositio cum alfitram facta. Et fumigiū nucis cypressi, descensio p̄ scalas cū ueloci saltu. Et suppositio facta cū felle thaurino, aut aqua rutæ, aut illinitio facta sup uertebra de se. cauliū. Aut suppositio facta de folijs salicis, garb, aut fructu ei. Et hoc nō est utendū, nisi qñ dubitat̄ sup mulierē de aliqđ morbo, aut de prauitate matricis: quia illicitū est.

6 Debet calefieri cum spongia infusa in aqua cal. mixta cum aceto. Et emplastrari cum farina ord. fabarū, fenugræ, maluauisco, uitello oui, & oleo uiol. Et si est inflamatio fortis, emplafretur cum oleo farinæ fabarū, ordeī, rad. granati syluestris, cum uitello oui, succo coriandri, spuiæ, & morellæ, uel portul. Mitigata acuitate, emplafret̄ cū cera, & oleo uiol. cū uitello oui.

7 Calefiat cum decoct. fenugr. se. lini, & modico hyllopo. Et emplafret̄ cum sisamo, usto, bene trito, distemperato cū melle, aut mica panis brunī, tritis cum fenugr. & distemperatis cum decoct. caricarū, aut ficuū. Tñ nulls sugat̄ ipsius māmillas. Et si accidit̄ ipsis māmillis aliqđ morbus, emplafrent̄ cū pissis, et nucleis passul. tritis, et distemperatis cum aqđ myrti, et aqđ foliorū cedri.

8 Emplafrent̄ emplastro confecto cū dactyl. coctis bene cū aqđ, mixtis cū farina triuci, se. lini, & maluauisci al. tritis oibus cū ol. lilino. Tñ euitet̄ id qđ gñat melācholiā. ut sunt carnes uaccinæ, lentes, caseus, & similia. Cibeť gallinis, arietibus, iactē recentis, & piscibus recentibus.



## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Ancharam, &amp; Pedum.

NOMINA	Salus, uel Regio Tempus Aetas Complexio	CAV- SA	SIG- NVM	EVA cuatio	CVRA regalis	CVRA leuis inuen- tionis
1 Sciatica	Salubris Occidental. Veris, autum. Senescens Frigida.	Ex humore grosso fan- guineo, uel flegmatico	Dolor in par- te syluestri de superficie co- xæ usq; ad cal- caneum	Cū minutiōe basilicæ, & pil- lulis hermoda- cyl. decoctio- neq; fructuū	Cibet gallicu- culis, Empla- streū membrū caulibus, mu- cillagine, & ui- tello oui	Vngat oleo si- fami, spicæ, uel terpentinx, tri- tis, & com- pressis
2 Podagra calida	Salubris Meridional. Veris Iuuenilis Calida	Ex sang. chol. rub. manante ad calcanei ar- ticulum, & digitorum	Si ex chol. for- tis est dolor in calcaneo, iuuat tur frigidus: si est de sang. in- flatio, & rube.	Cū minutio- ne, si ex sang. cū uomitu, si ex chol.	Cibet iure gal- liculi cocti cū aqua granati	Cibetur cibo cocto cū aqua granatorum
3 Podagra frigida	Salubris Septentrional. Autumnale Senescens Frigida	Ex flegmate, uel chol. nig. manate ad di- gitos pedum	Paucus dolor calcanei, si ex chol. nig. nigre- do coloris, du- riciesq; si ex fle- gmate, color al.	Cum pillulis de hermodact. post digestio- ne materix	Cū oxymell. al. & aqua te- pida, & cum uomitu	Cibetur lu- re ciccerum
4 Dolor arti- culorum ex frigidityate	Salubris Septentrional. Autumnale Senescens Frigida.	Ex flegmate, uel chol. nigra manate ad ali- quē articulū	Paucus dolor, nigredo colo- ris: si ex melā- cholia, durici- es: si ex flegma- te, color. al.	Cum pillulis sitarg. & pi- neis post dige- stionem ma- terix	Cum melle, & allio	Emplafretur aromatico, a- loe myrrha, cimino, & se- apn
5 Dolor arti- culorum ex caliditate	Salubris Meridional. Veris Iuuenilis Calida	Ex sangui. uel chol. rub. flu- ente ad aliquē articulum	Fortis dolor cū rubedine: iuuat frigi. inflatio, si est ex sang. citri- nitas, si est ex chol. rubea,	Cū minutio- ne, si a sang. & uomitu, si a chol. rub.	Cū ptisana, & zuccaro al.	Emplafretur len- ticulis excorti- cat. pisif, fari- na or. & aqua lactucæ, en- diuixq;
6 Nodulatio, & duricies articulorū	Salubris Occidental. Autumna- Senescens Sicca	Ex grosso hu- more manan- te ad articu- los, difficilq; dissolutione ipfius	Duricies articu- li absq; dolore. Et non dissolui- tur præcedens humor	Cum laxatiuo educente hu- morem, si ex- pediat	Emplafretur adi- pe anatis, et gal- linæ, mixtis cū maluauisco, & mucill. fenug.	Emplafretur sifamio trito, & succo ma- ioranz
7 Cautela de artetica fri- gida	Salubris Meridional. Veris, autum. Senescens Frigida	Ex debili arti- culo recipien- te superfluita- tem frigidam	Multus euen- tus dolorū ar- ticuli ex hu- more frigido	Cum pillulis de hermoda- cyl. uel deco- ctū. epithimi	Cum fisticis, passulis, & zucc.	Cum iure ci- cerum, cocto cum origano, & cimino
8 Cautela de artetica ca- lida	Salubris Septentrional. Veris, autum. Iuuenilis Calida	Ex debili arti- culo recipien- te superfluita- tem calidam	Multus euen- tus dolorū ar- ticuli ex hu- more calido	Cū minutiōe, & decoct. mi- rabol. opopo- naxis, uel uiol. cum zuccaro	Cibet gallicu- lis, bistard. pdi- ce, coctis cum agresta, uel aq; granatorum	Cibet extremi- tatibus hēdōz coctoz, cucu- mere, pisif, & lenticulis



## C V R A C O M M V N I S.

2 Post minutionem debet ingredi balneum, & epithima faciat super se de aqua tepida, quolibet die per unam hebdomadam. Deinde utatur post laxationem, & corporis purgationem emplastro fenugraeci triti, & distemperati cum oxymelle. Deinde post declinationem apōstematis, uel doloris, utatur emplastro camomill. coronæ regiae, maioranæ: deinde lauri cum aqua tepida. Quod nisi mitigetur, minuatur uena sciatica, quæ est sub calcaneo in parte syluestri extrinsecus. Sed ligari debet de articulo cōxæ cum fasciâ lata: & ligatura tendat ad partes calcanei, remota ab eodem calcaneo extrinsecus per spacium quatuor digitorum fortiter, & recte stricta. Et flebotomans ponat pedem suum super pedem patientis super rem duram: & minutio fiat per longum. quia ex ea egredietur sanguis frigidus: deinde dissoluatur ipsa ligatura, & fiat alia cum plumaceolis. Et si morbus fiat ex humore flegmatico: utatur pillulis istis. Recipe agarici, turbit, aloes, hermodactyl. ana ʒ ʒ. pulpæ coloquin. danif ʒ. tritis omnibus, & distemperatis cum aqua, fomentetur. Emplastrum ancha cum mentastro, costo, & pietro, distemperatis cum syrup. mellis. Et clisterifetur cum decoctione aneti, camomillæ, rutæ: colata & mixta cum elmori, & oleo sisami tepido. Et sedeat in decoctione camomill. coronæ regiae, rutæ. Quod nisi conferat: apponantur uentosæ super iuncturam anchæ.

3 Si est cum febre, curetur pifana, & zuccaro, & aqua utriusq; granati. Deinde hat emplastrum cum rasura eucur. cortice melonum, & citrull. ana cum pannis infusis in aqua ros. aceto, modicoq; camphoræ. Et mutentur panni totiens quotiens sunt calefacti, aut cum aqua semperuiug. lactucæ, mixta cum mica panis, farina ord. dei, & mucilag. psyllij: aut fiat cum psillio, maluaufico, farina ord. uitello oui, & oleo ros. Et si est ex cholera rubea: euacuetur cum uomitu, & curetur cum potu syrup. ros. & acetosæ, & niue. Cibetur cucurbita, pisif, & spinacijs. Et si cum febre, fiat cum pifana, aqua granatorum, & aqua cucu. arabici.

4 Utatur melle ros. quolibet die, modico cibo ex iure cicerum. Et post aliquos dies penes digestionem humorum & urinæ, euacuetur corpus cum eo quod dictum est. Si tempus est æstiuum, cum uomitu decoctionis aneti, radic. & syrup. acer. Et emplastrum locus cum licio armoniaco, mucil. sem. lini, & farina lolij, uel cum stercore uaccino, & caprino, mixtis cum melle despumato: & lauetur locus cum decoctione camomillæ, coronæ regiae, aneti, & mentastri. Et cibetur cum perdice cocta cum aqua cicerum.

5 Utatur melle ros. iure cicerum, & modico nutrimento: donec digeratur humor. Deinde euacuetur cum medicamine laxatiuo, & emplastrum cum mucil. mentastri, & semine ozimi, gariofyllati, & semine lini, farina lolij ana ʒ. x. mixtis cum eis ʒ. i. ambræ: cimini, anifi, ana ʒ. ʒ. mixtis omnibus cum uitello oui: fiat emplastrum. Et post digestionem hæc pillulæ sunt dandæ. Recipe mirabol. emblico: zinziberis, origani persi ana danif ʒ. i. sitarig, hermodactyl. ana danif ʒ. i. salis indi. danif ʒ. ʒ. aloë ʒ. ʒ. pulpæ coloquin. danif ʒ. i. terantur omnia cum aqua: deinde fiant pillulæ. Pauco motu utatur, nullo coitu, nec repletionem cibi.

6 Post euacuationem emplastrum lenticulis excoriatis, tritis in aqua coriandri recentis, & campho. rad. granati syluestris, maluaufico, psillio, farina ord. sand. tritis, & distemperatis cū oleo sisami, uitello oui, & modico aceto. Et post mitigationem caliditatis, utatur eo quod infrigidat, mixto cum eo quod dissoluit absq; calefactione. ut farina ord. maluaufico, coro. reg. uiol. tritis, & distemperatis cum succo coriandri, aut succo citoniorū. Et nulla fiat cura cum intensa infrigidatione: ne ingrossetur materia, & cum difficultate dissoluatur & euacuet. Et fiat emplastrum, cum farina lentium excorticat. pisif bis coctis, & modica camphora. Cessante dolore, si remanet grossa materia, emplastrum cum corona regia, camomil. farina ord. maluaufico, & uiolis siccis: & epithimū fiat cum aqua ebullita cū camomil. maiorana, & coro. regia. Et cibetur cum galliculis coctis cum agresta, & similibus.

7 Emplastrum cum sisamo, sem. lini, fenugra. ana tritis, cōmixtis cum cauda liquefacta, & taur ualer. Et dicitur, qd decoctio uulpis uiuæ in oleo omfacino, in quo balneetur membrum, dissoluit nodulos articularum. Dicitur etiam, qd si dolor articularum sit chronicus, et non alleuetur aliquo medicamine, qd decoct. dabali claudicantis iuuat contra eum, ita qd cum pedibus ligatis bulliat in aqua uiua cooperiente eam. Et ponatur cum ea aliqua pars carniū asini syluestris, cum ciceribus alb. & nig. & eruca ana m. i. nuce & rapa ana ʒ. i. oleo bono rotul. i. ruta ʒ. v. ceparum xv. numero, sem. apñ, maratri, porrorum, napti ana ʒ. v. coquantur usq; ad tertiam, in quo iure sedeat patiens: uel teneat membra nodulata in eo tepido.

8 Euitet repletionem cibi & potus, & nauseantia satietatem. Euitet coitum post cibum & potum: & omnia dulcia, præter zucc. passulas paruas sine nucleis, & rob. Utatur frequenti exercitio, & balneo: deinde fricatione competentis, & unctioe olei. Et euitet sumere cibum quousq; præcedens fuerit in stomacho digestus, & fructus humidus. Et continue utatur purgatione corporis. Et cibetur cum carnibus subtilibus, cum condimentis & aromatibus calidis, ut origano, carui, & cimino.

9 Euacuet corpus ante tempus euentus morbi. Deinde corrigant nutrimenta. Et utatur perdicibus, & bistardis, & carnibus hædinis, coctis cum agresta, aut succo granatorū, aut aceto. Utatur etiā quiete, & ocio post cibum, & exercitio ante cibum, & balneo. Euitatis rebus dulcibus, & fructibus, proprie humidis: & coitu, proprie post repletionem cibi. Utat euacuatione corporis facta cū uomitu, & prouocatione urinæ.

